
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
31
2 C
15

DISSERTATIO
DE PRIVILEGIIS
ORDINES EXTRA TEMPORA
A JURE PRÆSCRIPTA SUSCIPIENDI
REGULARIUM ORDINIBUS
Ante, & post Concilium Tridentinum
a Sede Apostolica concessis.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

CONCILII TRIDENTINI ET ROMANORUM PONTIFICUM BENEDICTI XIII. ET XIV.

DECRETA

A FALSIS INTERPRETAMENTIS

VINDICATA

QUOAD REGULARIUM PRIVILEGIA SUSCIPIENDI ORDINES EXTRA TEMPORA AB ECCLESIA PRÆSCRIPTA

UNA CUM APPENDICE

DE PRIVILEGIIS

EXEMPTIONIS AB INTERSTITIIS

AUCTORE


D. PERPETUO JOSEPHO VILLAVECCHIA

Presbytero Alexandrino.



MUTINÆ MDCCLXXIX.

Typis Hæredum Bartholomæi Soliani Impress. Ducal.
Superiorum Permissu.



ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

JOSEPHO MARIÆ FOGLIANI

ECCLESIÆ MUTINENSIS

ANTISTITI AMPLISSIMO

ET COMITI &c. &c.



Rivilegium suscipiendi Ordines extra Tempora a jure statuta Regularium Ordinibus, præsertim Mendicantibus, olim jam concessum, fuisse vel a Conc. Trid. saltim implicitè revo-

catum, *vel non ſatis a Bened. XIII. in ſuo Conc. Rom. expreſsè declaratum*, *vel tandem*, *quod caput eſt*, *a Bened. XIV. in ſua Bulla incip.* Impoſiti nobis *pœnitus abrogatum*, *hoc eſt*, Illustrissime ac Reverendissime Proesul, *quod paucis ab hinc annis per ora fertur quorumdam Theologorum*, *& etiam noviſſimè typis editum. Mirum ſane eſt*, *quantum opiniones iſtæ de die in diem radices agant*, *& incrementum ſuſcipiant*, *ita ut vel ipſi doctiſſimi Antiſtites non ſatis invicem conſentientes*, *eorum nonnulli Privilegium hocce Regularibus minimè ſuffragari adfirment*, *& nonniſi ex ignorantia juris ab iiſdem in proprium favorem adduci: nonnulli verò e contra ratum habentes tale Privile-*

vilegium, tuto posse Ordinationes extra Tempora habere sibi persuadeant, donec aliter per Sedem Ap. visum fuerit. Quapropter ad suspicionem omnem e medio tollendam, & Antistitum conscientiam præcavendam præsenti hoc Libello suo in lumine veritas nitidè collocatur, in quo nimirum ostenditur, Privilegio suscipiendi Ordines extra Tempora ne implicitè quidem derogasse Trid. Conc.; dein id satis decisum fuisse a Conc. Rom., seu Lateranen.; demum Bened. XIV. cit. Constit. nullo modo revocasse hujusmodi Privilegium, sed potius implicitè confirmasse. Hisce luce clarius ostensis, Regularium Causa vindicata remanebit. Dum autem publicam in lucem denuò Liber iste emittitur, Tibi jure omni de-

betur, Illustrissime ac Reverendissime Domine, *qui Regulares omnes, præsertim autem Mendicantes, summo prosequeris amore, summisque cumulare non cessas beneficiis. Ea igitur qua soles humanitate Librum hunc excipe, qua polles auctoritate protege, ut per Te Regularium Causa, de qua agitur, firma consistat.*

Humillimus atq. Obsequentiss. Servus

P. A. M. S.

M.

DISSERTATIO

De Privilegiis suscipiendi Ordines extra Tempora Regularium Ordinibus tam ante, quam post Concilium Tridentinum concessis.



Uamvis certum sit hujusmodi Privilegia fuisse Regularibus concessa sive directe, sive per communicationem ante Tridentinum, atque in suo robore perstitisse, ut ajunt, Gaudentius a Janua *tom.* 1. *de visitatione cap.* 4. *dub.* 10. *sect.* 3. *pag.* 372. *n.* 26., Emmanuel Rodriguez, aliique nihilominus, ut fundamentum, supra quod fere tota hujusce Dissertationis moles construenda est, firmum jaciatur, ipsorum nonnulla directe, & nominatim iisdem Regularibus concessa ante ipsum Tridentinum sunt referenda, iis missis, quæ per communicationem indulta fuerunt, cum istorum census nimis molestus fo-

ret. Deinde Tridentino posteriora, tam directe, quam per communicationem concessa recensebuntur.

CAPUT I.

Hujusmodi Privilegia referuntur.

FRatribus Prædicatoribus Privilegia ista concessit Gregorius XI. Constit. *Virtute conspicuos*, relata, & innovata a Sixto IV. Constit. *Regimini universalis Ecclesiæ* Kalend. Septembris 1474., in qua hæc habet Sixtus §. 8. „ Quia ejusdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipsius Ordinis sæpius transmittuntur, propter quod stabilem, „ & perpetuam in certis, & determinatis ejusdem Ordinis domibus non „ faciunt mansionem, quia etiam bonos, & idoneos, ac probatos a vobis Fratres facitis ad Ordines promoveri, liceat vobis ordinandos Fratres ejusdem Ordinis, quibuscumque „ malueritis, catholicis Pontificibus, „ communionem, & gratiam Sedis Apo-

„ postolicæ habentibus præsentare, ipsis-
„ que Pontificibus præsentatos a vobis
„ Fratres, sine qualibet examinatione
„ per eosdem Pontifices facienda absque
„ omni promissione, vel obligatione
„ ipsorum ordinandorum Fratrum, ad
„ Ordines promovere.

Fratribus Minoribus Clemens IV. Constit. *Virtute conspicuos*, relata pariter, & innovata a Sixto IV. Constit. *Regimini universalis Ecclesiæ* pridie Kalendas Septembris 1474. inquiens Sixtus §. *6*. „ Quia ejusdem Ordinis Fratres
„ de locis ad loca ipsius Ordinis sæpius
„ transmittuntur, propter quod stabi-
„ lem, & perpetuam in certis, & de-
„ terminatis ejusdem Ordinis domibus
„ non faciunt mansionem, quia etiam
„ bonos, & idoneos, ac probatos a vo-
„ bis Fratres facitis ad Ordines promo-
„ veri, liceat vobis ordinandos Fratres
„ ejusdem Ordinis, quibuscumque ma-
„ lueritis catholicis Pontificibus, com-
„ munionem, & gratiam Sedis Aposto-
„ licæ habentibus præsentare; ipsisque
„ Pontificibus præsentatos a vobis Fra-

CONCILII TRIDENTINI ET ROMANORUM PONTIFICUM BENEDICTI XIII. ET XIV.

DECRETA

A FALSIS INTERPRETAMENTIS

VINDICATA

QUOAD REGULARIUM PRIVILEGIA SUSCIPIENDI ORDINES EXTRA TEMPORA AB ECCLESIA PRÆSCRIPTA

UNA CUM APPENDICE

DE PRIVILEGIIS

EXEMPTIONIS AB INTERSTITIIS

AUCTORE

D. PERPETUO JOSEPHO VILLAVECCHIA

Presbytero Alexandrino.



MUTINÆ MDCCLXXIX.

Typis Hæredum Bartholomæi Soliani Impress. Ducal.
Superiorum Permissu.



ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

JOSEPHO MARIÆ FOGLIANI

ECCLESIÆ MUTINENSIS

ANTISTITI AMPLISSIMO

ET COMITI &c. &c.



Rivilegium suscipiendi Ordines extra Tempora a jure statuta Regularium Ordinibus, præsertim Mendicantibus, olim jam concessum, fuisse vel a Conc. Trid. saltim implicitè revo-

catum, vel non ſatis a Bened. XIII. in ſuo Conc. Rom. expreſsè declaratum, vel tandem, quod caput eſt, a Bened. XIV. in ſua Bulla incip. Impoſiti nobis *pœnitus abrogatum, hoc eſt,* Illustrissime ac Reverendissime Proesul, *quod paucis ab hinc annis per ora fertur quorumdam Theologorum, & etiam noviſſimè typis editum. Mirum ſane eſt, quantum opiniones iſtæ de die in diem radices agant, & incrementum ſuſcipiant, ita ut vel ipſi doctiſſimi Antiſtites non ſatis invicem conſentientes, eorum nonnulli Privilegium hocce Regularibus minimè ſuffragari adfirment, & nonniſi ex ignorantia juris ab iiſdem in proprium favorem adduci: nonnulli verò e contra ratum habentes tale Privile-*

vile-

vilegium, tuto posse Ordinationes extra Tempora habere sibi persuadeant, donec aliter per Sedem Ap. visum fuerit. Quapropter ad suspicionem omnem e medio tollendam, & Antistitum conscientiam præcavendam præsenti hoc Libello suo in lumine veritas nitidè collocatur, in quo nimirum ostenditur, Privilegio suscipiendi Ordines extra Tempora ne implicitè quidem derogasse Trid. Conc.; dein id satis decisum fuisse a Conc. Rom., seu Lateranen.; demum Bened. XIV. cit. Constit. nullo modo revocasse hujusmodi Privilegium, sed potius implicitè confirmasse. Hisce luce clarius ostensis, Regularium Causa vindicata remanebit. Dum autem publicam in lucem denuò Liber iste emittitur, Tibi jure omni de-

betur, ILLUSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE, *qui Regulares omnes, præsertim autem Mendicantes, summo prosequeris amore, summisque cumulare non cessas beneficiis. Ea igitur qua soles humanitate Librum hunc excipe, qua polles auctoritate protege, ut per Te Regularium Causa, de qua agitur, firma consistat.*

Humillimus atq. Obsequentiss. Servus
P. A. M. S.
M.

DISSERTATIO

De Privilegiis ſuſcipiendi Ordines extra Tempora Regularium Ordinibus tam ante, quam poſt Concilium Tridentinum conceſſis.



Uamvis certum ſit hujuſmodi Privilegia fuiſſe Regularibus conceſſa ſive directe, ſive per communicationem ante Tridentinum, atque in ſuo robore perſtitiſſe, ut ajunt, Gaudentius a Janua *tom.* 1. *de viſitatione cap.* 4. *dub.* 10. *ſect.* 3. *pag.* 372. *n.* 26., Emmanuel Rodriguez, aliique nihilominus, ut fundamentum, ſupra quod fere tota hujuſce Diſſertationis moles conſtruenda eſt, firmum jaciatur, ipſorum nonnulla directe, & nominatim iiſdem Regularibus conceſſa ante ipſum Tridentinum ſunt referenda, iis miſſis, quæ per communicationem indulta fuerunt, cum iſtorum cenſus nimis moleſtus fo-

ret. Deinde Tridentino posteriora, tam directe, quam per communicationem concessa recensebuntur.

CAPUT I.

Hujusmodi Privilegia referuntur.

FRatribus Prædicatoribus Privilegia ista concessit Gregorius XI. Constit. *Virtute conspicuos*, relata, & innovata a Sixto IV. Constit. *Regimini universalis Ecclesiæ* Kalend. Septembris 1474., in qua hæc habet Sixtus §. 8.
„ Quia ejusdem Ordinis Fratres de lo-
„ cis ad loca ipsius Ordinis sæpius tran-
„ smittuntur, propter quod stabilem,
„ & perpetuam in certis, & determi-
„ natis ejusdem Ordinis domibus non
„ faciunt mansionem, quia etiam bo-
„ nos, & idoneos, ac probatos a vo-
„ bis Fratres facitis ad Ordines promo-
„ veri, liceat vobis ordinandos Fra-
„ tres ejusdem Ordinis, quibuscumque
„ malueritis, catholicis Pontificibus,
„ communionem, & gratiam Sedis A-
po-

„ postolicæ habentibus præsentare, ipsis„ que Pontificibus præsentatos a vobis „ Fratres, sine qualibet examinatione „ per eosdem Pontifices facienda absque „ omni promissione, vel obligatione „ ipsorum ordinandorum Fratrum, ad „ Ordines promovere.

Fratribus Minoribus Clemens IV. Constit. *Virtute conspicuos*, relata pariter, & innovata a Sixto IV. Constit. *Regimini universalis Ecclesiæ* pridie Kalendas Septembris 1474. inquiens Sixtus §. *6.* „ Quia ejusdem Ordinis Fratres „ de locis ad loca ipsius Ordinis sæpius „ transmittuntur, propter quod stabi„ lem, & perpetuam in certis, & de„ terminatis ejusdem Ordinis domibus „ non faciunt mansionem, quia etiam „ bonos, & idoneos, ac probatos a vo„ bis Fratres facitis ad Ordines promo„ veri, liceat vobis ordinandos Fratres „ ejusdem Ordinis, quibuscumque ma„ lueritis catholicis Pontificibus, com„ munionem, & gratiam Sedis Aposto„ licæ habentibus præsentare; ipsisque „ Pontificibus præsentatos a vobis Fra-

„ tres

„ tres ſine qualibet examinatione per
„ eoſdem Pontifices facienda, & abſque
„ omni promiſſione, vel obligatione ip-
„ ſorum ordinandorum Fratrum ad Or-
„ dines promovere.

Fratribus Carmelitis idem Sixtus IV. Conſtit. *Dum attenta meditatione* 4. Kalendas Decembris 1476. eadem indulſit Privilegia his verbis §. 8. „ Quia ve-
„ ſtri Ordinis Fratres de locis ad loca
„ ipſius Ordinis tranſmittuntur, propte-
„ rea quod ſtabilem, & perpetuam in
„ certis, & determinatis ejuſdem Or-
„ dinis domibus non faciunt manſio-
„ nem, quia etiam bonos, & idoneos,
„ ac probatos Fratres facitis ad Ordines
„ promoveri, propterea quæ de ordi-
„ nationibus ſuſcipiendis Joannes XXII.
„ Prædeceſſor præfatus Fratribus præfa-
„ ti Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis,
„ ſemperque Virginis Mariæ de Mon-
„ te Carmeli præſentatis Ordinariis in-
„ dulſit, declarando volumus, quod li-
„ ceat vobis ordinandos Fratres ejuſ-
„ dem veſtri Ordinis quibuſcumque ma-
„ lueritis catholicis Pontificibus com-

„ munionem, & gratiam Apostolicæ „ Sedis habentibus præsentare, ipsisque „ Pontificibus præsentatos a vobis Fra- „ tres sine qualibet examinatione per „ eosdem Pontifices facienda, & absque „ omni promissione, vel obligatione ip- „ sorum ordinandorum Fratrum ad Or- „ dines promovere, & iisdem Fratribus „ Ordines etiam sacros libere conferre.

Fratribus autem Eremitis Ordinis Sancti Augustini, hujusmodi privilegia, tantum per communicationem concessa fuisse a laudato Sixto IV. Constit. *Dum fructus uberes* 7. Idus Februarii 1474. mihi licuit comperire §. 12., ubi nempe omnia eis conceduntur Privilegia, quæ Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus fuerunt indulta. Hic obiter nota, quod quatuor istæ Constitutiones, seu Bullæ nuncupantur *Mare magnum*, eo quod plurimorum sint Privilegiorum collectiones, confirmationes, & innovationes, vide eas apud Lezanam Tom. 5.

Canonici Regulares Lateranenses, iisdem Privilegiis donati sunt a Sixto

IV.

IV. Constit. *Dudum ad universos*. 23. Augusti 1476. per hæc verba §. 13.
„ Volumus, atque concedimus, ut li-
„ ceat eidem Congregationi suos Cano-
„ nicos ad omnes etiam sacros Ordines
„ promovendos, idoneos tamen, & jux-
„ ta conscientiam Prælatorum illius ap-
„ probatos quibuscumque maluerint ca-
„ tholicis Antistitibus, gratiam, & com-
„ munionem Apostolicæ Sedis habenti-
„ bus, præsentare, ipsique Antistites,
„ præsentatos a suis Prælatis Canonicos,
„ sine ulla examinatione per eosdem
„ Antistites facienda, vel absque alia
„ promissione, aut obligatione promo-
„ vendorum Canonicorum, ad Ordines
„ quoscumque, etiam sacros promove-
„ re possint, ac debeant.

Minimi Sancti Francisci de Paula a Julio II. Constit. *Virtute conspicuos* 17. Septembris 1506., ubi dicitur §. 5.
„ Quia ejusdem Ordinis Fratres de lo-
„ cis ad loca &c. liceat vobis ordi-
„ nandos Fratres ejusdem Ordinis, qui-
„ buscumque malueritis Catholicis Pon-
„ tificibus, communionem, & gratiam

Apo-

„ Apoſtolicæ Sedis habentibus præſen-
„ rare. Ipſiſque Pontificibus præſen-
„ tatos Fratres, ſine qualibet examina-
„ tione per eoſdem Pontifices facienda,
„ & abſque omni promiſſione, vel o-
„ bligatione ipſorum ordinandorum Fra-
„ trum, ad Ordines promovere.„

Advertat Lector, quod quamvis per relata Summorum Pontificum verba expreſſe non concedatur Privilegium ſuſcipiendi Ordines extra Tempora, communiſſime ſentiunt Auctores implicite, concedi, & in illis contineri. *Anacletus lib.* 1. *Decretal. tit.* 11. *de tempor. ordinat. pag.* 257., *num.* 49. *Romualdus* Honorante *in praxi Secretariæ Tribunalis* pag. 122. Eminentiſſimus Lambertinus, poſtea S. M. Benedictus XIV. *Inſtit. vulgo notificat* 23. num. 4., nec non alii ita ſentiunt de privilegio Jeſuitis nuperrime ſuppreſſis conceſſo a Paulo III. Conſtit. *Licet debitum* 18. Octobris 1549., quod eiſdem ferme verbis exprimitur.

Congregatio Eremitarum Beati Petri de Piſis Privilegio gaudet expreſſe conceſſo

cesso a Sixto IV. Constit. *Sedes Apostolica* 1. Februarii 1476. Ait enim §. 4. „ Ipsique Eremitæ de ejusdem prio„ ris licentia a quo mallent catholico „ Antistite, gratiam, & communionem „ ejusdem Sedis habente, se etiam ad „ sacros Ordines facere, & extra Tem„ pora a jure statuta, promoveri, ipse„ que Antistes illos eisdem Eremitis „ impendere libere, & licite valeat, „ prædicta auctoritate indulsimus.

Congregatio Eremitarum Sancti Romualdi, Ordinis Camaldulensis idem Privilegium expresse habet a Paulo III. Constit. *Rationi congruit* 3. Novembris 1534., sic legitur §. 13. „ Præterea ipsis, „ ut Religiosis eorum Ordinis ad pri„ mam Tonsuram, & quatuor Minores, „ promovendi, ad sacros vero etiamsi „ tempus a Canonibus statutum non at„ tingerent, per quemlibet catholicum „ Episcopum, etiam extra Tempora, die„ bus tamen Dominicis, vel festivis, „ eos promoveri faciendi, ac illos eis „ libere conferendi licentiam, & facul„ tatem concessit.

Fra-

Fratres Sancti Joannis Hierosolymitani eodem fruuntur Privilegio expresse concesso a Pio IV. tempore Concilii Tridentini, Constit. *Circumspecta* 1. Julii 1560., in qua dicitur §. 62. „ Dicti „ Hospitalis Fratres Capellani a quo„ cumque catholico Antistite, sub Ro„ manæ Sedis obedientia constituto, sa„ cros Ordines, etiam extra Tempora a „ jure statuta, tribus diebus festivis su„ scipere possent.

Ordo Sancti Hieronymi ab Alexandro VI., ut habetur in Compendio Mendicantium, *tit. Ordines sacri*, nec non Ordo Sancti Benedicti ab Eugenio IV., ut ex eodem Compendio constat, §. 8.

Hæc sunt Privilegia, quæ in Bullario Cherubini potui reperire. Advertendum tamen est, quod Privilegium de Ordinibus a quocumque Episcopo suscipiendis abrogatum est ab eodem Concilio Tridentino sess. 23. cap. 8. *de reformat.* his verbis: *Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur.* Item a Gregorio XIII., Sixto V., Clemente

 VIII.,

VIII., Innocentio XIII., Benedicto XIII., & novissime a Benedicto XIV. in sua Constit. *impositi nobis;* sed quo in sensu revocatum suo loco videbimus.

Revocatum pariter est Privilegium exemptionis Examinis per Episcopos faciendi. Cum idem Tridentinum cit. sess. cap. 12. dicat: *Regulares ... nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur; privilegiis quibuscumque, quo ad hoc, penitus exclusis.*

CAPUT II.

Privilegia suscipiendi Ordines extra Tempora, nonnulis Regularium Ordinibus directe, & nominatim concessa post Concilium Tridentinum referuntur.

CLerici Regulares ministrantes Infirmis eodem gaudent privilegio ex concessione Gregorii XIV. Constit. *Illius, qui pro Gregis* 1. Octobr. 1591. ajentis §. 28. „ Ipsisque Sociis, & Fratribus

„ ex-

„ expresse Professis Congregationis hu-
„ jusmodi, & eorum singulis, ut à qui-
„ buscumque maluerint catholicis An-
„ tistitibus, gratiam, & communio-
„ nem dictæ Sedis habentibus ad sa-
„ cros etiam Presbyteratus Ordines sub
„ titulo paupertatis Congregationis hu-
„ jusmodi promoveri, de licentia ta-
„ men Præfecti, seu alterius eorum Su-
„ perioris secundum eorum Constitutio-
„ nes, ipsique Antistites Ordines ipsos,
„ hujusmodi sociis absque obedientia,
„ & omni alia promissione, vel obliga-
„ tione conferre; „ de quo Privilegio, quoad extra tempora, idem judicium ferendum est juxta dicta cap. 1.

Congregatio Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia, eodem fruitur Privilegio a Clemente VIII. eidem concesso. De hoc Privilegio mentionem faciunt fere omnes Auctores in suis scriptis, citantes Portel. *in dub. Regular.*, *verbo Ordines sacri* num. 4. hujusmodi concessionis testem. Hic Auctor revera ibi testatur se illud in Compendio illius Ordinis vidisse. Quoniam vero

præcisa privilegii verba non refert, idcirco de eo non pauci dubitarunt. Omnem tamen hac de re dubitandi locum aufert laudatus Gaudentius cit. loc. pag. 374., propterea quod ibi Breve ipsum Clementis VIII. refert, quod, ut ait, Romam e Portugallia, ope Cardinalis Pereyra fuit transmissum, Itaque, quia pro hac ordinationum materia amplissimum est, & præsertim, quia multi imperiti arbitrantur, blaterantque hujusmodi privilegium solis Patribus extinctæ Societatis Jesu fuisse concessum, ipsum ut jacet, rescribere opportunum duco.

CLEMENS PAPA VIII.

ad perpetuam rei memoriam.

PRopensa nostra, in Congregationem Sancti Joannis Evangelistæ in Regnis Portugalliæ sub habitu, & Regula Congregationis Sancti Georgii in Alga Venetiarum institutam, charitas facit, ut privilegia, & gratias ipsi Congregatio-

ni,

ni, five per ſpecialem conceſſionem, ſive per communicationem, vel extenſionem, aut alias quomodolibet conceſſas eidem Congregationi nominatim confirmemus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Sane, cum ſicut accepimus Congregatio ipſa ex communicatione privilegiorum, & indultorum ab Apoſtolica Sede Ordini Sancti Hieronymi conceſſorum ab eadem Apoſtolica Sede ſibi facta, inter alia privilegia per felic. record. Alexandrum Papam VI. Prædeceſſorem noſtrum dicto Ordini Sancti Hieronymi, ut ſcilicet illius Religioſi ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines promoveri extra Tempora a jure ſtatuta, & a quocumque maluiſſent catholico Antiſtite poſſent conceſſo frui, & gaudere noſcatur, & ex ſententia Venerabilium Fratrum noſtrorum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper interpretatione Concilii Tridentini deputatorum decretum fuerit, *privilegium prædictum minime Concilii Tridentini decretis fuiſse revocatum*, cupiatque pro-



pterea Congregatio prædicta Sancti Joannis Evangelistæ, quæ clausuram servat, sicut Ordines Mendicantium, privilegium hujusmodi sibi confirmari nominatim, & ideo Nobis per dilectum filium Petrum a Sancto Joanne Canonicum, & Procuratorem Generalem ipsius Congregationis in sacra Theologia Doctorem humiliter supplicari fecerit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur Congregationem ipsam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ut ejus singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; nec non literarum Alexandri prædecessoris, nec non communicationis privilegiorum dictæ Congregationi concessæ, tenores præsentibus

pro

pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, Congregationi prædictæ, & juxta prædictarum Alexandri prædecessoris literarum seriem, ejus Canonici ad quatuor Minores, quatuor festivis, vel feriatis, etiam continuis, vel interpolatis, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis pariter continuis, vel interpolatis diebus, extra Tempora a jure statuta, & non servatis interstitiis a Concilio Tridentino designatis, & anni curriculo minime expectato, dummodo tamen ad hoc alias ab ipsis locorum Ordinariis idonei reperti fuerint, a quocumque malent catholico Antistite gratiam, & communicationem Apostolicæ Sedis habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena, de Diœcesani loci licentia, Pontificalia exercente promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite valeant auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, & Religiosis Ordines præ-

dictos suscipiendi, quam cuicumque Antistiti prædictos illos conferendi licentiam, & facultatem impertimur. Non obstantibus Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 23. Novembr. 1596. Pontificatus Nostri anno quarto.

Loco ✠ Sigilli

M. VESTRIUS BARBIANUS.

Fratribus Minoribus eadem Privilegia competere declaravit Benedictus XIII. in sua Constitutione: *Summe decet* Nonas Aprilis 1727. his verbis. §. Quare
„ privilegia, & indulta spiritualia, &
„ temporalia, etiam quoad susceptionem
„ sacrorum Ordinum extra Tempora a
„ jure statuta, absque exhibitione lite-
„ rarum Apostolicarum in forma Bre-
„ vis sed vigore privilegiorum per Apo-
„ stolicam Sedem vel expresse, vel per
„ viam communicationis Regularibus

„ con-

„ concesſorum, ut nuper a Nobis ip-
„ ſis in Concilio Lateranenſi, & per
„ Congregationem particularem decre-
„ tum eſt.

Fratres Eremitas Ordlnis Sancti Au-
guſtini iiſdem privilegiis gaudere decer-
nit laudatus Benedictus XIII Conſtit.
Libenter die 1. Januarii 1727 §. 12.,
inquiens. „ Quamquam vero in Con-
„ cilio Romano a nobis anno Domini
„ 1725. celebrato in quo ejuſdem Con-
„ cilii *tit.* 5. *cap.* 2. inter alia, Regula-
„ res vigore ſuorum privilegiorum tu-
„ to, & abſque novo indulto Apoſtoli-
„ co extra Tempora a jure ſtatuta, etiam
„ poſt decreta Concilii Tridentini (*no-
tent hæc verba, qui dicunt non ſatis con-
ſtare de mente Concilii Romani*) hac
„ de re edita ſacris Ordinibus initiari
„ decernatur, nihilominus, quia a non-
„ nullis etiam Epiſcopis ejuſdem Con-
„ cilii Romani decretum hujuſmodi in
„ dubium revocari prætenditur, aut
„ prætendi poteſt, Nos eorundem, te-
„ nore præſentium, Fratres dicti Or-
„ dinis Sancti Auguſtini Concilii Ro-
mani

„ mani decreto, aç privilegio prædictis „ libere, & licite frui, atque potiri „ posse, & debere dicta Apostolica au„ ctoritate declaramus, ac etiam decer„ nimus, & quatenus opus sit, super „ quacumque contraria dispositione op„ portune dispensantes, ac de novo pri„ vilegium hujusmodi eis juxta declara„ tionem a Pio V. prædecessore in e„ jus Constitutione *Etsi Mendicantium* „ declaratam concedimus.

Fratres Prædicatores eodem frui privilegio definit, & illud eis de novo concedit idem Benedictus XIII. in sua celebri Constitutione *Pretiosus*, edita Kalendas Junii 1727., ubi §. 34. ait: „ Quia „ vero ad nostras aures pervenit, non „ obstante nostra, ac etiam novissimi „ Concilii Romani per Nos habiti *tit.* 5. „ *cap.* 2. sententia, quod Regulares vi„ gore suorum privilegiorum tuto, & „ absque novo indulto extra Tempora „ Sacris initiantur, etiam post Decreta (*notentur iterum hæc verba*) Concilii „ Tridentini, a nonnullis etiam Epis„ copis in dubium revocari, an inter

„ ta-

" tales Regulares, licet indefinite nomi-
" natos, recenseri debeant Fratres præ-
" dicti Ordinis, ex nostra, ac etiam
" dicti Romani Concilii definitione, ea-
" dem privilegia frui, ac potiri posse,
" & debere, & quatenus opus sit, pari-
" formiter dispensantes super quacum-
" que contraria dispositione, de novo
" illud idem privilegium iisdem Fratri-
" bus signanter, specifice, & in indi-
" viduo concedimus, quatenus a Dioe-
" cesano, eoque renuente, vel non va-
" lente, a quocumque catholico Anti-
" stite, Ordines extra Tempora suscipe-
" re, & Episcopis ipsis libere conferre
" valeant juxta declarationem S. Pii V.
" in Bulla *Etsi Mendicantium*, & Decre-
" tum Clementis VIII., & uberius ex-
" plicata in dicto Concilio Romano no-
" stro *tit.* 5. *cap.* 1., & *tit.* 21. *cap.* 2. "
An autem prædictæ tres Bullæ sint re-
vocatæ; constabit ex dicendis capite V.

Demum Fratres Professi Capellani Or-
dinis Sancti Joannis Hierosolymitani
novissime donati sunt iisdem privilegiis
a Benedicto XIV. Constit. *Inter illustria*

12.

12. Martii 1753. sequentibus verbis §. 6. „ Insuper iisdem Fratribus Capella-
„ nis in eadem militia expresse Professis,
„ ut omnes etiam sacros, & Presbyte-
„ ratus Ordines a quocumque malue-
„ rint catholico Antistite gratiam, &
„ communionem Sedis Apostolicæ ha-
„ bente, & in propria Diœcesi residen-
„ te, vel in aliena, de Diœcesani lo-
„ ci consensu, Pontificalia exercente,
„ etiam extra Tempora a jure statuta,
„ annique curriculo minime expectato,
„ & tribus diebus festivis, aliquo tem-
„ poris spatio, arbitrio dicti Antistitis
„ definiendo, interpolatis, servato tamen
„ fel. rec. Clementis VIII. Prædecesso-
„ ris nostri decreto die 15. Martii 1616.
„ edito, nostraque super his edita Con-
„ stitutione, quæ incipit: *Impositi nobis*,
„ aliisque de jure servandis, recipere
„ possint, & valeant, eorumdem præ-
„ sentium serie concedimus, & indul-
„ gemus.

CA-

CAPUT III.

Regularium Ordines, quibus Privilegia suscipiendi Ordines extra Tempora, per viam communicationis concessa sunt post Concilium Tridentinum adducuntur.

PRæmitto primo, quod quatuor Mendicantium Ordines, videlicet Fratres Prædicatores, Minores, Augustiniani, Carmelitæ, taliter in omnibus privilegiis concessis, & in futurum concedendis communicant inter se, ut omnia privilegia concessa, & concedenda uni ex dictis Ordinibus, conveniant aliis tribus, ac si ipsis in specie, & nominatim fuissent concessa, vel concederentur. Sic statuit Leo X. Constit. *Dudum per nos* 10. Decembris 1519., cujus tenor est. „ Dudum per nos accepto, „ quod Romani Pontifices Prædecessores nostri, aliqui ad Minorum, alii „ vero ad Eremitarum Sancti Augustini, alii ad Beatæ Mariæ, reliqui ad „ Prædicatorum Ordinis Fratres, & do-

„ mos

„ mos juxta ipforum vota, devotionis
„ affectum gerentes, illorum fingulis
„ nonnullas gratias, conceffiones &c.,
„ refpective concefferunt. Nos .... om-
„ nes, & fingulas gratias, conceffiones,
„ indulgentias, peccatorum remiffiones,
„ prerogativas, favores, immunitates,
„ exemptiones, facultates, privilegia,
„ indulta tam fpiritualia, quam tem-
„ poralia, qualiacumque illa effent, quæ
„ Prædicatorum, Minorum, Eremitarum
„ Sancti Auguftini, Carmelitarum &c.
„ Fratribus .... a dictis Prædecefforibus,
„ aut a Nobis, ipfifque fuccefforibus,
„ aut alias auctoritatem habentibus,
„ conjunctim, vel divifim, in genere,
„ vel in fpecie conceffa fuerunt, aut in
„ pofterum concedentur, illa, & om-
„ nia fingula, ac fi nominanter expri-
„ merentur, pro fufficienter expreffis
„ tunc habentes, fingulis Ordinibus præ-
„ dictis, motu proprio, & ex mera no-
„ ftra fcientia, & liberalitate de Apo-
„ ftolicæ auctoritatis plenitudine com-
„ municavimus: illaque omnia, & fin-
„ gula inter dictorum Ordinum perfo-
„ nas

„ nas pariformiter communia fuisse, & „ esse volumus. " Nota, quod hæc Bulla nominat etiam Servos Beatæ Mariæ; adeoque gaudent isti communicatione privilegiorum Ordinum Mendicantium, & hi illorum.

Præmitto secundo, quod Ordines Mendicantes in omnibus communicant privilegiis, quæ Ordinibus non Mendicantibus, sive Monacalibus, sive non Monacalibus concessa sunt, aut in futurum concedentur.

Fratribus Minoribus id concesserunt Sixtus IV., Alexander VI., Julius II., Leo X., ut legitur in Compendio Privilegiorum, *verb. Communicatio privileg.*, & in Bullis Clementis VII. *Dudum fructus uberes* 1525., Clementis VIII. *Ratio Pastoralis*, quæ est in ordine 51.

Fratribus Eremitis Ordinis Sancti Augustini idipsum indulsit Alexander VI. vigore cujusdam privilegii, quod referunt Casarubius in Compendio privilegiorum Medicantium, *verb. Communicatio privileg. num.* 21., Miranda tom. 2. q. 46. art. 3.

Fra-

Fratribus Prædicatoribus idem impertivit Julius II. 1. Junii 1509. vigore cujusdam Bullæ relatæ a Pasarel. *in privileg. Ordin. Minor.*, *fol. 99.* a Rodrig. q. *Regul tom. 1. q. 55. art. 2.*, & alterius Bullæ Leonis X. adductæ a P. Donato tom. 1. tract. 2. q. 4., videndæ in Bullario Prædicatorum pag. 185.

Fratribus Carmelitis eamdem communicationem largitus est Clemens VII. in Bulla *Ex Clementi* 1530., Sixtus IV. in Bulla, quæ est in ordine 37., & 38. Notandum obiter est, quod Ordo Carmelitarum Excalceatorum est unus ex quatuor Mendicantibus antiquus: imo ipsemet antiquus, & primitivus Ordo Carmelitarum, teste Clemente VIII. Constit. *Romanum Pontificem* 20. Augusti 1603., in qua contradicentes anathematizat. Eidem Ordini Excalceato idem Clemens VIII. supradictam concessit privilegiorum communicationem in Bulla *Cum dudum* 5. Junii 1594., quæ habetur in Bullario Carmelitarum tom. 2. pag. 273., quam confirmavit, ampliavitque Paulus V. per Bullam *Ex injun-*

juncto 24. Septembris 1605., quæ in Compendio Privilegiorum ejusdem Ordinis pag. 78. reperitur.

Præmitto tertio, quod Ordines Regulares, qui communicant in aliorum Ordinum Privilegiis tam concessis, quam concedendis etiam communicant in eorumdem Ordinum Privilegiorum confirmationibus, innovationibus, declarationibus &c., sive factis, sive in futurum faciendis. Hujusmodi enim confirmationes, innovationes, & declarationes induunt novæ gratiæ rationem, novique Privilegii indolem acquirunt, ac continent. Videantur Salmaticenses tom. 4. cap. 1., pag. 243., num. 90., & cap. 2., pag. 265. num. 80.

Ex primo itaque præmisso colligitur, quod Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora* Fratribus Prædicatoribus a Benedicto XIII. in Constitutione *Pretiosus* concessum, aliis tribus Mendicantium Ordinibus communicatur, & competit, ac si ipsis foret nominatim indultum.

Ex secundo infertur, quod idem Pri-

vilegium de *extra Tempora* quatenus concessum Congregationis Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia a Clemente VIII. in Brevi *Propensa Nostra*, Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis à Gregorio XIV. in Constitutione *Illius*, *qui pro gregis*, nec non Fratribus Capellanis Professis in Ordine Hierosolymitano a Benedicto XIV. in Constitutione *Inter illustria*, etiam quatuor Mendicantium Ordinibus communicatum censetur.

Ex tertio denique deducitur, quod, quia Fratribus Minoribus, Prædicatoribus, Augustinianis in respectivis relatis Bullis *Summe decet*, *Libenter*, & *Pretiosus* hujusmodi Privilegium competere declaravit Benedictus XIII., etiam Fratribus Carmelitis idem Privilegium declaravit competere. Atque idem omnino est dicendum quoad alios Ordines non Mendicantes, qui Privilegiis tam concessis, quam concedendis quatuor Mendicantium Ordinibus communicant. Istis enim in omnibus confirmationibus, innovationibus, & declara-

rationibus Privilegiorum in favorem Ordinum Mendicantium factis, vel faciendis communicare conceditur.

Præterea communicatione Privilegiorum Mendicantibus Ordinibus concessorum, & consequenter communicatione Privilegii de *extra Tempora* gaudere sequentes.

Fratres Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis Pius V. Constit. *Romanus Pontifex* 1. Octobr. 1567.

Minimi Sancti Francisci de Paula Pius V. Constit. *Apostolicæ Sedis* 9. Novembris 1577.

Fratres Reformati Discalceati Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Paulus V. Constit. *Ecclesiæ Catholicæ* 10. Decembris 1609.

Fratres Sancti Spiritus in Saxia Sixtus V. Constit. *Exigit* 13. Augusti 1586.

Fratres Sancti Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis Pius V. Constit. *Religionis* 30. Martii 1571.

Fratres Cruciferi Gregorius XIV. Constit. *Romanus Pontifex* 12. Julii 1591.

Monachi Eremi Camaldulensis, &

Congregationis dictæ Eremi, & Sancti Michaelis de Murano Ordinis Camaldulensis sub Regula Sancti Benedicti Gregorius XIV. Constit. *Ex injuncto* 24. Septembris 1591.

Monachi Cistercienses Reformati Congregationis B. Mariæ Juliensis Sixtus V. Constit. *Super specula* 14. Novembris 1587., & Paulus V. Constit. *Divina disponente* 9. Julii 1616.

Monachi Cœlestini Urbanus VIII. Constit. *Sacrosancti Apostolatus* 14. Augusti 1624.

Monachi Silvestrini Paulus V. Constit. *Injuncti Nobis* 29. Aprilis 1606.

Monachi Montis Virginis Paulus V. Constit. *Pastoralis* 19. Maii 1611.

Monachi Sancti Basilii Gregorius XIII. Constit. *Benedictus* 2. Novembris 1579.

Monachi Carthusiani Gregorius XV. Constit. *Ad uberes* 3. Februarii 1623.

Clerici Regulares Theatini Pius V. Constit. *Ad immarcescibilem* 13. Februarii 1667.

Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum Gregorius XV. Constit.

Ad

Ad uberes 15. Octobr. 1622.

Clerici Regulares de Somaſca Paulus V. Conſtit. *Ex quo Divina Majeſtas* 9. Novembris 1607.

Clerici Regulares Matris Dei Lucæ Gregorius XV. Conſtit. *Ad uberes* 4. Januarii 1623.

Clerici Minores Gregorius XIV. Conſtitutione *Romanus Pontifex* 18. Februarii 1591.

Alios Ordines referre prætereo, ne longior ſim.

CAPUT IV.

Oſtenditur non fuiſse a Tridentino Concilio revocata Privilegia ſuſcipiendi Ordines extra Tempora, *ante ipſum conceſsa ſive directe, ſive per communicationem.*

DUplicem Privilegiorum revocationem fieri a Concilio Tridentino arbitrantur Auctores illi, qui adverſus hujuſmodi Privilegia ſcripſere. Primam

vocant *explicitam*, cum ſcilicet Tridentinum aliquid Privilegiis contrarium nedum decernit, ſed inſuper eiſdem derogat per clauſulam: *Non obſtantibus quibuſcumque Privilegiis*, vel per aliam ſimilem adjectam quandoque in fine decreti, vel capitis, ut *ſeſs.* 5. *c.* 2. *ſeſs.* 23. *cap.* 12., interdum vero in fine ſeſſionis, multa ſub ſe complectentis capita, ut *ſeſs.* 25. *cap.* 22. *de Regularibus*. Alteram appellant implicitam, ſeu tacitam, quando nempe aliquid Privilegiis contrarium præcipit, vel præſcribit, ſed nullam adjicit clauſulam ipſorum revocatoriam. Hujuſmodi imbuti doctrina ſuſtinent pariter, quod, quandocumque aliqua Privilegia, hoc ſecundo modo contraria Tridentino, confirmantur, vel conceduntur, & in Literis Apoſtolicis apponitur hæc clauſula: *Dummodo Concilii Tridentini decretis contraria non ſint*, vel alia ſimilis pro non confirmatis, aut non conceſſis haberi debent. Cum igitur, concludunt, Privilegia ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora* ſint Tridentino contraria, propterea-

reaquod *seff.* 23. *c.* 8. præcipiatur: *Ordinationes sacrorum Ordinum statutis a jure Temporibus publice celebrentur*, censentur ab eodem implicite revocata.

Verum doctissimi Patres Salmanticenses *tom.* 4. *tractat.* De Privilegiis *pag.* 238. *num.* 50. cum aliis Auctoribus ibi allegatis, hujusmodi implicitam, seu tacitam Tridentini revocationem penitus rejiciunt, docentque, ea sola Privilegia censeri, & esse Tridentino contraria, quæ conceptis verbis, seu explicite sunt ab eodem revocata, non solum Tridentino contraria haud sunt, sed ab eo potius admittuntur, ac approbantur. Quocirca tuentur, quod clausula: *Dummodo Concilii Tridentini decretis contraria non sint*, non obstat, quin Privilegia confirmata, aut innovata, vel de novo concessa suum robur obtineant. Quandoquidem hujusmodi clausula dumtaxat opponitur, & ressistit Privilegiis confirmatis, innovatis, aut de novo concessis, alias explicite revocatis ab eodem Tridentino per priorem clausulam: *Non obstantibus quibuscum-*

que

que Privilegiis, vel per aliam æquivalentem.

Hac itaque ſolida, veraque Salmanticentium præmiſſa doctrina nemo non videt, quod Privilegia ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora*, Concilio Tridentino nequaquam contraria ſunt, adeoque minime revocata, non obſtante, quod *ſeſſ. laudata* præcipiatur „ ordinationes „ ſacrorum Ordinum ſtatutis a jure Temporibus publice celebrentur „ quia ibi nullam clauſulam ipſorum revocatoriam adjicit, & ut ait Gaudentius *cit. loc. pag.* 372. præcipitur quidem Epiſcopis, ut ſtatutis a jure Temporibus ſacri Ordines conferantur, fortaſſe quia id ab illis negligi videbatur. Aſt minime prohibetur, quod *extra Tempora* ab eodem jure præſcripta Regularibus Privilegium ad id habentibus conferri poſſint, cum ibi nec nominentur Regulares, nec horum Privilegia aliquo modo excluſa deducantur.

Imo potius, ut dicebam, tacite admittuntur a Concilio. Quemadmodum enim lex, conſtitutio, aut decretum a

Prin-

Principe latum, tacite admittit, approbatque particularia locorum, aut personarum statuta, vel consuetudines eo ipso quod expresse non revocentur, ut in C. 1. *De Constitut.* in 6. legitur. „ Quia tamen locorum specialium, & „ personarum singularium consuetudi„ nes, & statuta (cum sint facti, & in „ facto consistant) potest probabiliter i„ gnorare ipsis, cum tamen sunt ratio„ nalia per Constitutionem a se novi„ ter editam, nisi expresse caveatur in „ ipsa, non intelligitur in aliquo dero„ gare. „ Ita porro Concilium Tridentinum (cui alias ista Privilegia haud erant ignota) per decretum a se editum de Ordinibus conferendis statutis a jure Temporibus, neutiquam intelligit iisdem derogare, propterea quod in eodem decreto nihil expresse de ipsis caveatur.

Dicta quidem reponunt nonnulli, verum habent, sed corruunt omnino vigore posterioris decreti ejusdem Concilii. Hoc enim *sess.* 25. *cap.* 22. *de Regular.* præfata Privilegia expresse revocat his verbis. „ Omnia, & singula

„ in

„ in ſuperioribus decretis contenta ob-
„ ſervari ſancta Synodus præcipit .....
„ non obſtantibus eorum omnium, & ſin-
„ gulorum Privilegiis ſub quibuſcumque
„ formulis verborum conceptis, ac *Ma-*
„ *re magnum* appellatis „. Sed hoc decretum ad rem non facit, quandoquidem per hanc clauſulam revocat dumtaxat Privilegia contraria decretis ejuſdem ſeſſionis vigeſimæ quintæ, non autem ſuperiorum ſeſſionum, ut patet ex verbis ejuſdem decreti; Ait enim, *Omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta*, non vero in ſuperioribus ſeſſionibus. Tum etiamſi Privilegia contraria decretis ſuperiorum ſeſſionum voluiſſet Concilium revocare; id profecto feciſſet in ultimo ejuſdem ſeſſionis vigeſimæ quintæ decreto, quod neutiquam præſtitit; tum demum, cum ne unum quidem ſuperfluum verbum in Concililii decretis reperiri poſſit, & debeat, manifeſtæ ſuperfluitatis inſimulant Concilium adverſarii, clauſulam illam univerſalem referendo ad antecedentium ſeſſionum decreta, propterea quod iſtis

jam

jam adjecerit priorem clausulam Privilegiorum revocatoriam, nempe *Non obstantibus quibuscumque Privilegiis*. Unde concludamus oportet, quod cum Concilium in superioribus sessionibus quædam sanciverit decreta cum clausula Privilegiorium revocatoria, quædam vero sine illa perspicue voluit in suo robore persistere ea Privilegia, quibus per dictam clausulam minime derogavit, adeoque clausulam sessionis vigesimæ quintæ ad superiorum sessionum decreta noluit extendere.

Esto, replicant Adversarii, quod Privilegiis laudatis explicite non derogaverit Concilium neque per priorem, neque per posteriorem clausulam: cum tamen omnia Privilegia, quæ eidem Concilio contrariantur, revocata declaraverit Pius IV. in Bulla *In Principis Apostolorum*, quæ in ordine est 94., eo ipso revocata existunt etiam Privilegia suscipiendi Ordines *extra Tempora*, cum hæc eidem contrarientur Concilio. En Pontificis verba „ Omnia, & singula „ Privilegia .... in his omnibus, & sin„ gulis, in quibus illa statutis, & de-

„ cretis

„ cretis Concilii hujuſmodi contrarian-
„ tur, ipſo jure revocata, caſſata, &
„ annullata, ac ad ipſius Concilii termi-
„ nos, atque limites reducta ſint, &
„ eſſe cenſeantur, nec quidquam adver-
„ ſus ipſa decreta, & ſtatuta, quominus
„ ubique, & apud omnes obſerventur,
„ in aliquo ſuffragari poſſe, ſed ea pe-
„ rinde haberi, & reputari debere, ac
„ ſi nunquam emanaſſent, auctoritate
„ Apoſtolica declaramus.

Anacletus *tom.* 4. *lib.* 5. *Decretal. tit.* 33. §. 8. *num.* 148. reſpondet: Dicta Bulla per ſuam clauſulam vult quidem, ut non obſtantibus Privilegiis, omnia decreta Concilii Tridentini exacte obſerventur, ſed non in alio ſenſu, quam in quo obſervari vult ipſum Concilium; eo quod Lex, vel Conſtitutio aliqua, quæ fit ad corroborandam aliam, qualis eſt præfata Conſtitutio Pii IV. reſpectu decretorum, & legum dicti Concilii, utpote quæ fuit edita in majus robur, majoremque obſervantiam eorundem decretorum, ut patet ex illis verbis Bullæ. „ Nos, quibus in primis cordi eſt,
„ tam

„ tam ſancta, & Eccleſiæ Dei ſaluber-
„ rima decreta, ſuos, ut par eſt effectus
„ ubique conſequi, & ab omnibus obe-
„ dienter obſervari, " neceſſario debeat intelligi, & interpretari juxta ſenſum, & mentem legis, quam corroborat, ita ut eaſdem limitationes, & extenſiones, quas habet, vel recipit corroborata, recipere etiam debeat corroborans, ut cum Gloſſa bene advertit Felinus: cum enim referens ſe ad aliquid debeat intelligi ſecundum id, ad quod refert; *arg. 1. in teſtamento ff. de condit. & demonſtrat.*, etiam Bulla Pii IV. referens ſe ad decreta Concilii debeat ſecundum mentem, & ſenſum dictorum decretorum intelligi, & explicari: conſequenter, quia ipſa decreta Concilii ſine clauſula Privilegiorum derogatoria poſita non derogant Privilegiis juxta dicta, nec ipſa Bulla corroborans dicta decreta, eiſdem derogat; ſed ea eo modo, & ſenſu relinquit in ſuo robore, quo ea relinquuntur a decretis: ſic Anacletus cujus reſponſio optima eſt; adverto tamen, quod Bulla,

quæ

quæ proprie, & ſtricte Concilium Tridentinum corroborat, & confirmat, eſt alia, quæ incipit: *Benedictus Deus* paucis deinde reſpondeo, quod Pius IV. ſolum declarat revocata ea omnia Privilegia, quæ Concilii decretis expreſſe contrariantur, ſeu quæ expreſſe revocantur per idem Concilium. Privilegia vero, de quibus agimus, expreſſe non contrariantur dicto Concilio, quia expreſſe ab eodem non revocantur. Vide dicta initio Capitis.

Hactenus recoximus Erambem, momenta ſcilicet *pro & contra* ab Auctoribus adinventa retulimus: & quamquam longe probabilior ſemper fuerit, quæ Privilegiis de *extra Tempora* favit opinio; attamen quæ contra ipſa ſtetit, ſua non caruit probabilitate. In præſentia vero omnem probabilitatem amiſit poſterior, & omnimodam certitudinem prior obtinuit; quod ut liquido conſtet, nonnulla momenta demus opportet in dubia. En itaque primum. Sacra Congregatio Concilii relata a Clemente VIII. in ſuo Brevi cap. 2. addu-

cto,

cto, quod incipit *Propensa nostra*, loquens de Privilegiis suscipiendi Ordines *exra Tempora*, ante Concilium Tridentinum concessis, declarat sub die 7. Novembris 1696. *tom.* 8. *decretor. pag.* 193. : *Privilegium prædictum minime Concilii Tridentini decretis fuisse revocatum*. En alterum omni exceptione majus. Congregatio particularis, scilicet Cardinalium Ottoboni, Laurentii Corsini, Ptolomæi de Marinis, Papiæ, & Pereyræ, item R. Tedeschi Sacræ Congregationis Rituum Secretarii, nec non aliorum Theologorum jussu Benedicti XIII. habita, & ab eodem subinde confirmata, sic definivit: „ Privilegia „ a Summis Pontificibus, tam ante, „ quam post Tridentinum, sive ex- „ presse, sive via communicationis Re- „ gularibus concessa, suscipiendi Or- „ dines *extra Tempora*, persistere in „ suo robore, nec iis fuisse unquam „ derogatum; ac pro inde tuto posse „ Regulares ordinari *extra Tempora* ab- „ sque novo indulto Apostolico“. Quæ definitio prodiit 16. Maii anno 1725.

Osten-

Ostensum igitur evidenter est, Privilegia ante Tridentinum Concilium Regularibus indulta sive directe, sive per viam communicationis, Ordines scilicet *extra Tempora* suscipiendi, nunquam fuisse ab eodem Concilio, nec ab aliquo Summorum Pontificum decreto revocata, adeoque suo in robore persistere.

CAPUT V.

Privilegia suscipiendi Ordines extra Tempora *non fuisse a Tridentino revocata satis constat vigore Concilii Romani sub Benedicto XIII. celebrati.*

QUamvis nemo possit in dubium revocare, an ista Privilegia Tridentinæ subjaceant revocationi, cum decreta sacrarum Congregationum *c. ant.* relata hujusmodi controversiæ imposuerint finem, quatenus ipsorum vigore rotunde definitum est, eadem in suo robore persistere; nihilominus, quia id

æque

æque definitum esse vigore Concilii Romani Regulares prætendunt contra nonnullos Auctores id ipsum inficias euntes; præsentem tractationem instituere opportunum existimo, nedum ut ipsis Regularibus rem gratam faciam, sed etiam ut validissimis rationibus confirmem, quod jure contendunt.

En Concilii Romani verba *tit.* 5. *cap.* 2. " Quo vero ad Regulares, Privile„ gia a Summis Pontificibus habentes „ sive expresse, sive per viam commu„ nicationis concessa, sacros videlicet „ Ordines *extra Tempora* suscipiendi, „ cum Privilegia ipsa suo in robore per„ sistant, nec iis derogatum fuisse con„ stet, decernimus proinde Regulares „ eosdem, absque novo indulto Apo„ stolico tuto posse *extra Tempora* ordi„ nari ". Itaque Concilium Romanum perspicue definit sequentes propositiones.

Prima est. Regulares habent Privilegia suscipiendi ordines *extra Tempora* sive expresse, sive per viam communicationis, per Adversarios porro hæc

non habent, quatenus concessa post Tridentinum, ut locis mox citandis patet. Hæc igitur habent, quatenus concessa ante Tridentinum. Satis ergo decidit, Concilium Romanum eadem non fuisse a Tridentino revocata.

Secunda. Privilegia ista in suo robore persistunt, Privilegia nempe ante Tridentinum concessa; ea vero persistere in suo robore, & simul esse revocata, implicat contradictionem. Romanum igitur Concilium nitide definit, quod ipsa non revocavit Tridentinum.

Tertia. Non constat de eorumdem Privilegiorum revocatione; facta scilicet per Tridentinum. Iisdem ergo minime fuisse a Tridentino derogatum, satis constat vigore Concilii Romani.

Quarta demum est. Posse Regulares absque novo indulto Apostolico *extra Tempora* ordinari. Vetera igitur indulta Apostolica, concessa scilicet ante Tridentinum, sufficiunt, ut *extra Tempora* ordinari valeant. A Tridentino igitur revocata minime censentur. Concilium ergo Romanum satis id decidis-

cidis-

cidisse, Regulares jure prætendunt, affirmantque. Adversus dicta, sic ait Cardinalis Prosper Lambertinus, postea S. M. Benedictus XIV. *Instit.* 23., *num.* 5. " Non leggendosi però nel detto Ca-
„ pitolo *sive expresse*, *sive per viam com-*
„ *municationis* ante Tridentinum *con-*
„ *cessa*, di quì deriva non potersi di-
„ re, in vigore del Concilio Romano
„ decisa la controversia, restando sem-
„ pre nel suo vigore il motivo di so-
„ pra mentovato: essere stato dal Con-
„ cilio di Trento nel luogo accennato
„ derogato agli antecedenti Privilegi: "
Lambertinum sequitur Romualdus Honorante *in Praxi Secretariæ Tribunalis pag.* 122., qui illius verba latine reddit, sed de suo nihil addit. " Cum in
„ dicto capite, inquit, non legatur *si-*
„ *ve expresse*, *sive per viam communi-*
„ *cationis ante Concilium Tridentinum*
„ *concessa*, dici non potest, quod per
„ Concilium Romanum decisa fuerit
„ controversia, cum semper in suo ro-
„ bore eadem ratio persistat: per Con-
„ cilium Tridentinum, loco citato de-

„ rogatum fuisse antecedentibus Privi-
„ legiis.

Sed objectio penitus evanescit, dicendo, quod ly *ante Tridentinum concessa* non legitur explicite, sed implicite: quod sufficit ad controversiam omnino decidendam. Nemo enim eruditus ignorat, quod controversia, quæ ab epocha Tridentini ad Romanum usque Concilium viguit inter Auctores, in hoc vertebatur, an Regularium Privilegiis de Ordinibus *extra Tempora* suscipiendis, ante Tridentinum concessis, derogatum fuerit ab eodem Concilio? Si igitur Benedictus XIII. voluit hujusmodi controversiam decidere, definiendo in dicto capite, quod Privilegia ipsa *sive expresse*, *sive per viam communicationis concessa*, persistunt in suo robore, nec iis derogatum fuisse constat, illius decisio referatur opportet ad Privilegia quatenus concessa ante Tridentinum Concilium, adeoque omnino decisa dici debet controversia per Concilium Romanum, ac proinde rationem illam *per Concilium Tridentinum loco citato*

tato derogatum fuisse antecedentibus Privilegiis neutiquam persistere dicendum est.

Et revera, quid aliud voluit Concilium Romanum in dicto capite decidere præter id, quod Congregatio particularis *cap.* 4. laudata decidit? Hæc siquidem ab eodem Bened. XIII. deputata fuit, ut controversias, hujusmodi Privilegia spectantes, reduceret ad trutinam, atque dirimeret. Harum porro princeps erat, quam proxime exposui. Ex hac oriebatur altera, num scilicet persistentibus in suo robore Privilegiis ante Tridentinum concessis, hæc acquiri per communicationem possent post ipsum Tridentinum? Alia demum eo tendebat, an similia Privilegia alicui Regularium Ordini directe concessa post idem Concilium, & absque clausula communicationem ipsorum prohibente, extendi ad alios Ordines per eamdem communicationem valerent? Has itaque controversias diligenter, ac mature expendit dicta Congregatio, posteaque suum ab ipso Benedicto confirmatum edidit

decretum, ipsarum penitus decisivum, ut in fine *cap.* 4. videri potest. Hoc igitur praeeunte Congregationis particularis decreto, fuit ad ipsius normam subinde formatum, & editum praedictum Concilii Romani caput, similibus plane verbis conceptum, his exceptis, *tam ante*, *quam post Tridentinum*, quae quoniam jam in illo expressa fuere, minime in isto fuit opus exprimere. Secus decisa dici non posset per idem Concilii Romani caput controversia tertio loco exposita, cum in eodem non legatur *post Tridentinum concessa*, quod ut scio, nemo dixerit. Concilium Romanum ergo in dicto capite controversiam omnem, aeque ac ipsa Congregatio particularis in suo decreto decisam reliquit. Quamobrem non mirari neutiquam possum, quod Romualdus Honorante, apprime peritus Apostolicorum edictorum, & sacrarum Congregationum decretorum, nec non Eminentissimus Lambertinus, qui eidem Concilio Romano interfuit inter Canonistas ipsius cooptatus: „ Nell' ultimo Concilio Ro-

„ mano

„ mano tenuto sotto la S. M. di Bene„ detto XIII., che a Noi diede l' ono„ re d' essere fra i Canonisti del mede„ simo „ inquit *cit. instit. num.* 5., potuerint in dubium revocare mentem Concilii Romani, & asserere indecisam adhuc esse vigore illius controversiam, proptereaquod in ipso non legatur: *sive expresse, sive per viam communicationis* ante Tridentinum *concessa*, cum hæc ratio, ut patet ex dictis, sit prorsus insubsistens, & a perspicua Romani Concilii intentione omnino recedat.

Neque vero, ut admirationem subire desinam, conferre potest, quod, ad hujusmodi rationem fulciendam, subdit ibidem laudatus Lambertinus: „ nè que„ sta ragione dee imputarsi o sottile, od „ insussistente: poichè in sequela della „ medesima oggidì in Roma non si am„ mettono al Privilegio dell' *extra Tem„ pora* che i soli Padri della Compagnia „ che l' ebbero dopo il Concilio di Tren„ to, e non affacciasi ora in Roma ve„ run Regolare per esser ordinato *extra* „ *Tempora*, senz' avere spedito il suo in-

„ dulto

„ dulto particolare. „ Quandoquidem, ut ut sit de eo, quod Romæ in more positum esse asserit Lambertinus, sic respondet *cit. loc.* Gaudentius a Janua, cujus opera in eadem Urbe Romæ aspexerunt lucem 1748. „ Destruitur hoc objectum
„ facile ab adducente *motivum redimendæ*
„ *vexationis* ortæ post decessum Benedicti
„ piæ m. XIII. Ipso namque adhuc vi-
„ vente, cum renueret Reverendissimus
„ Canonicus Nicolaus Cuggio Curiæ Car-
„ dinalis Vicarii Secretarius, Examinato-
„ rum Decanus admittere Dominicanos
„ plures, Franciscanos etiam titulo di-
„ cti Privilegii, ad Ordinationes *extra*
„ *Tempora*, ab Eminentissimo Cardinali
„ de Marinis, de Ordine præfati Sancti
„ Pontificis increpatus est, quasi adhuc
„ dubium vellet suspicari in re palpa-
„ bili, & *mature adeo decisa*. De quo
„ ipsemet scribens cum jurejurando te-
„ stificari possum, & teneor, cum apud
„ dictum Eminentissimum pro Canonico
„ Cuggio minitato prius, ac prompte,
„ deinde obtemperante, fuerim oppor-
„ tunus mediator."

Ita-

Itaque juxta hunc Auctorem non admittuntur Romæ alii Regulares ad Privilegium de *extra Tempora* ob rationem a Lambertino assignatam, sed ob motivum redimendæ vexationis, quod mea quidem sententia verosimilius videtur, & æquius. Neque enim fieri potest, ut rationem illam adoptet Roma, quæ, quoniam est apprime conscia decreti laudatæ Congregationis particularis, vigore cujus non potest hujusmodi rationem adoptare, minusve sequi, quia in eo expresse legitur: *ante Tridentinum concessa*, probe conscia supponitur germani sensus dicti capitis Concilii Romani, cum idem esse debeat, ac illo decreti, eoquod ab hoc indolem, & naturam tamquam ab origine trahat, cum hac sola differentia, quod decreti sensus est definitus ob hæc expressa verba: *tam ante, quam post Tridentinum concessa*; sensus vero dicti capitis indefinitus est, quatenus scilicet Privilegia ipsa quovis concessa tempore reapse complectitur. Quocirca credibile mihi non est, quod ratio illa Romæ subsistat, ac vigeat.

Por-

Porro, quod dicti capitis Concilii Romani sensus sit idem formaliter, ut ajunt, cum illo præfati decreti Congregationis particularis testatur ipsemet Pontifex Benedictus XIII. in sua Bulla *Summe decet* §. *Quare*, ubi postquam declaravit, quod Fratres Minores possunt ordinari *extra Tempora* „ absque exhibitione Literarum Apostolicarum in „ forma Brevis, sed vigore Privilegiorum per Apostolicam Sedem vel expresse, vel per viam communicationis Regularibus concessorum, hæc subdit " *ut nuper a Nobis ipsis in Concilio Lateranensi, & per Congregationem particularem decretum est*. At vero per Congregationem particularem decretum est, posse id fieri vigore Privilegiorum ante, & post Tridentinum concessorum. Etiam ergo in Concilio Lateranensi id ipsum esse decretum intelligitur. Proindeque idem prorsus est utriusque decreti sensus.

Insuper in Bulla *Libenter* §. 12. hæc habet Benedictus: „ Quamquam vero „ in Concilio Romano a Nobis anno

„ Do-

„ Domini 1725. celebrato, in quo ejuſ-
„ dem Concilii *titulo* 5. *cap*. 2. inter
„ alia Regulares vigore ſuorum Privi-
„ legiorum tuto, & abſque novo in-
„ dulto Apoſtolico *extra Tempora* a jure
„ ſtatuta, etiam poſt decreta Concilii
„ Tridentini hac de re edita, initiari
„ poſſe decernatur, nihilominus, quia
„ a nonnullis etiam Epiſcopis ejuſdem
„ Concilii Romani decretum hujuſmodi
„ in dubium revocari prætenditur &c.
Per hæc verba Pontifex aperte fatetur, ſe in Concilio Romano locutum fuiſſe, de Privilegiis etiam quatenus conceſſis ante Tridentinum, cum dicat: *etiam poſt decreta Concilii Tridentini hac de re edita*, ideſt non obſtantibus decretis Concilii Tridentini hac de re editis, & declarat poſſe Regulares vigore eorumdem Privilegiorum *extra Tempora* ordinari. Æque loquitur ergo in Concilio Romano de Privilegiis ante Tridentinum conceſſis, ut in decreto Congregationis particularis. Utriuſque igitur decreti ſenſus eodem recidit.

Tandem in Bulla *Pretioſus* §. 34. ſic

ſic ait: „ Quia vero ad noſtras aures „ pervenit, non obſtante Noſtra (*ſcili-* „ *cet Congregationis particularis*) ac e- „ tiam noviſſimi Romani Concilii per „ Nos habiti *tit.* 5. *cap.* 2. ſententia, „ quod Regulares vigore ſuorum Privile- „ giorum tuto, & abſque novo indulto „ *extra Tempora* Sacris initiantur, etiam „ poſt decreta Concilii Tridentini &c. " His itaque verbis nitide fatetur poſſe Regulares ſine indulto novo Apoſtolico *extra Tempora* ordinari vigore Privilegiorum ſive expreſſe, ſive per viam communicationis etiam ante Tridentinum conceſſorum *etiam poſt decreta Concilii Tridentini*, idque fatetur, tum vigore ſuæ ſententiæ, quam per organum Congregationis particularis, tum alterius, quam per dictum Concilii Romani caput protulit: *Noſtra*, inquit, *ac etiam noviſſimi Romani Concilii ſententia*. Senſus ergo Concilii Romani capitis, & Congregationis particularis idem eſt.

Quæ, cum ita ſint; non video, quomodo laudatus Lambertinus (*cui hactenus allegata documenta haud erant igno-*

(*ta*

ta) potuerit asserere; tum quod decisa dici non possit vigore Concilii Romani controversia, eoquod in ejus citato capite non legatur *ante Tridentinum concessa*, tum quod vi hujusce rationis non admittantur Romæ ad Privilegium de *extra Tempora* Regulares, nisi particulare obtineant indultum. Oppositum proinde asserendum est, decisam videlicet penitus existere controversiam vigore præfati Concilii Romani, adeoque tuto posse Regulares admitti Romæ ad Ordines *extra Tempora* suscipiendos virtute suorum Privilegiorum, etiam ante Tridentinum concessorum, " absque eo „ quod defatigentur sine caussa, & co„ gantur particularia indulta in occur„ rentibus casibus a Secretaria Brevium, „ cum dispendio non necessario, pro„ curare. " Sunt verba laudati Gaudentii *cit. loc. num.* 28.

Quamquam vero certa sint proxime dicta, nonnulli tamen, quos ego ipse audivi, non desinunt dubitare, an omnes Regulares admitti possint ad hujusmodi Privilegium? Sed hoc dubium

est

est prorsus inane, atque imprudens. Regulares enim indefinite nominat Concilium Romanum, tum in titulo capitis, inquiens: *Regulares suorum vigore Privilegiorum tuto absque novo indulto Apostolico* extra Tempora *Sacris initiantur*; tum in ejusdem capitis conclusione: *decernimus proinde Regulares eosdem, absque novo indulto Apostolico, tuto posse* extra Tempora *ordinari*.

Sed ajunt capitis initium sic habet: *Quo vero ad Regulares Privilegia a Summis Pontificibus habentes &c.* Habentes igitur a non habentibus Privilegium, distinguantur oportet. Falluntur tamen. Quemadmodum enim capitis titulus, & conclusio, sic initium eumdem prodit sensum, non quidem relativum, sed absolutum, ac indefinitum. Innuit scilicet, quod omnes Regulares Privilegium habent; at non eodem modo: quidam nempe expresse. alii vero per communicationem, ut ait *cit. loc.* Gaudentius a Janua. Alphonsus de Liguori *cap.* 20. *de privileg. Regular. num.* 115. quaerit, an non solum Jesuitae, sed alii Regula-

gulares possint *extra Tempora* ordinari? Resp. " Oggi non dee porsi più in dub-
,, bio, che possano. Così per molti
,, Privilegi dati ad altre Religioni (*qua-
,, rum ipsa aliis communicantur*), come
,, per la dichiarazione ultimamente fat-
,, tane da Benedetto XIII. nel Conci-
,, lio Romano *tit.* 5. *cap.* 2., dove si
,, disse che tali Privilegj *in suo robore*
,, *persistunt*, *nec iis derogatum fuisse con-*
,, *stat*. " Idem in Praxi tenere arbitror ipsum Benedictum XIV. *Institut. alleg. num.* 6., quamvis in speciem contrarius videatur. Post nonnulla siquidem (a nobis alias satis infirmata) momenta in oppositum deducta, sic pergit: " Tutte queste cose sono state da
,, Noi dedotte, non perchè siamo af-
,, fatto pentiti di quanto abbiamo fat-
,, to per lo passato, nè perchè voglia-
,, mo mutare sistema per l' avvenire.
,, Proseguiremo, a Dio piacendo, co-
,, me abbiamo fatto per lo passato, am-
,, mettendo i Regolari (*en Regulares in-*
,, *definite nominati*) al Privilegio dell'
,, *extra Tempora*, purchè comparischano

co'

„ co' dovuti requisiti, e particolarmente
„ esibiscano la fede degli Esercizj spiri-
„ tuali, che avranno fatti, e seguiteremo
„ a prenderci il continuo incomodo fin
„ a tanto però che a Noi verrà proi-
„ bito (*nondum igitur ipsi constabat Pri-*
„ *vilegiorum revocatio*) dalla Santa Sede
„ l' ammettere i Regolari (*indiscrimi-*
„ *natim*) al Privilegio dell' *extra Tem-*
„ *pora*, e fin a tanto che a Noi sarà
„ nelle debite forme fatta palese la men-
„ te Pontificia". Ea idcirco, quæ prius objecit, aliorum potius, quam sua esse credi potest.

Quid vero Auctorum interpretamentis, ac patrocinio opus est: cum novum non sit dubium præfatum, sed ab ejusdem Concilii epocha exortum? eo quandoquidem vix edito, minime defuere nonnulli etiam Episcopi, qui illud quoad Fratres Ordinis Sanctorum Augustini, & Dominici excitarunt, num scilicet vigore ipsius Concilii definitionis *tit.* 5. *cap.* 2. potuissent ad Ordines *extra Tempora* suscipiendos admitti: Auctor ipse Concilii Benedictus XIII. idem vix na-

tum

tum extinxit vigore Bullarum *Libenter*, & *Pretiosus*, quas favore ipsorum Fratrum condidit. En, quod in prima legitur §. 12. " Quamquam vere in Con-
„ cilio Romano ... inter alia, Regula-
„ res vigore suorum Privilegiorum tu-
„ to, & absque novo indulto Aposto-
„ lico *extra Tempora* ... sacris Ordini-
„ bus initiari posse decernatur; nihilo-
„ minus, quia a nonnullis etiam Epis-
„ copis ejusdem Concilii Romani decre-
„ tum hujusmodi in dubium revocari præ-
„ tenditur, aut prætendi potest. Nos eo-
„ rumdem tenore præsentium, Fratres
„ dicti Ordinis Sancti Augustini, *Con-*
„ *cilii Romani decreto*, *ac privilegio* præ-
„ dictis libere, & licite frui, atque po-
„ tiri posse, & debere dicta Apostolica
„ Auctoritate declaramus, ac etiam de-
„ cernimus". En pariter, quod in altera, & quidem clarius habetur §. 34.
„ Quia vero ad nostras aures pervenit,
„ non obstante nostra, ac etiam novis-
„ simi Romani Concilii ... sententia,
„ quod Regulares vigore suorum Privi-
„ legiorum tuto, & absque novo indul-

„ to Apoſtolico *extra Tempora* Sacris ini„ tiantur, etiam poſt decreta Concilii „ Tridentini, a nonnullis etiam Epiſ„ copis in dubium revocari, an inter „ tales Regulares, *licet indefinite nomi„ natos*, recenſeri debeant Fratres præ„ dicti Ordinis, *ex noſtra, ac etiam Ro„ mani Concilii definitione* eadem Pri„ vilegia frui ac potiri poſſe, & debe„ re &c." Itaque nedum quoad prædictos, verum etiam quoad omnium Ordinum Fratres dubium comperitur extinctum. Si enim, quia in ſui Concilii Romani, nec non in ſuæ Congregationis particularis decreto, & ſententia Regulares indefinite nominavit, *licet indefinitæ nominatos*, declarat, utriuſque Ordinis Fratres debere inter tales Regulares indefinite nominatos recenſeri, idem quoque implicite declarat, puta quoad Carmelitas, Minimos, Cappucinos, alioſque omnes. Neque enim iſti minus, quam prædicti inter Regulares indefinite nominatos cenſeri debent incluſi, atque recenſiti. Compertum idcirco eſt, poſſe omnes Regulares vigore Concilii Romani,

ni, ac etiam decreti supradictæ Congregationis ad Privilegium de Ordinibus *extra Tempora* suscipiendis tuto, & sine novo indulto Apostolico admitti.

Quod, si quispiam objecerit, Concilio Romano suffragari non posse præfatas Benedicti XIII. Bullas, utpote expresse, & absolute revocatas per Constitutionem Clementis XII. incip. *Romanus Pontifex* 30. Martii 1732.; proindeque momenta omnia ex illis desumpta, hactenusque exposita nequaquam subsistere; Respondeo, hujusmodi Bullas revocatas non esse quoad omnia in ipsis contenta; sed quoad ea dumtaxat, quæ fini in dicta Constitutione expresso adversantur. Iste porro finis est, rumores exortos, vel in posterum exorituros ex prædictis, aliisque in eadem Constitutione recensitis Bullis, seu Literis sedare; liberum Episcopis servare jurium suorum exercitium; nec non quarumcumque litium occasionem amovere; „ Sane ait Clemens XII. §. 1. felicis recordationis Prædecessor noster Benedictus XIII.... plura Privilegia conces-

„ ſit, ratus ea pari voluntate univerſim
„ excipienda, quod tamen ſecus eveniſ-
„ ſe.... ægre intelleximus: inde nimi-
„ rum præter omnem expectationem no-
„ ſtram variis litibus, & controverſiis
„ exortis, ac niſi opportune occurratur,
„ fortaſſe impoſterum exorituris. Qua-
„ re nonnullis ex hujuſmodi Literis,
„ & Conſtitutionibus Apoſtolicis ma-
„ ture perpenſis, ad ſedandos rumo-
„ res propterea excitatos, in hanc ſen-
„ tentiam devenimus, ut ſubſequen-
„ tibus Literis, & Conſtitutionibus A-
„ poſtolicis (*inter quas ſunt præfa-*
„ *tæ*) eodem Pontifice Benedicto ſe-
„ dente vulgatis, moderationem ali-
„ quam auctoritate noſtra adhibendam
„ eſſe decerneremus “. Et §. 2. ait:
„ Nos quoque ad præſervandum iiſ-
„ dem Patriarchis, Archiepiſcopis, &
„ Epiſcopis... ſuorum jurium exerciti-
„ um, & poſſeſſionem, amovendamque
„ quarumcumque diſſenſionum, & liti-
„ um occaſionem ſtatuimus, & decer-
„ nimus de omnibus, & ſingulis prædi-
„ ctis Literis, & Conſtitutionibus.... eam

„ dein-

„ deinceps decisionem, ac juditium etiam
„ in foro conscientiæ habendum, quod
„ sive ex jure communi, sive ex Conci-
„ lio Tridentino, sive ex decretis, &
„ Constitutionibus Apostolicis, sive alias
„ legitime habebatur, antequam eædem
„ Literæ, & declarationes ab eodem Be-
„ nedicto concessæ fuissent". Jam vero Privilegia de *extra Tempora*, nec non declarationes, extensiones, definitiones in laudatis Bullis contentas, aliaque momenta ex ipsis desumpta, in favorem Concilii Romani exposita revocationi minime subjacere contendo. Fini enim intento a Clemente XII. minime opponuntur. Siquidem istis omnibus in suo robore persistentibus nullus rumor exoriri potest: nullum Episcopis liberum jurium suorum impeditur exercitium: nulla ipsorum læditur jurisdictio: nulla demum litium occasio eisdem præbetur, ut evidenter constabit paullo infra. Ad id asserendum potissimum moveor propter expressam Sacræ Congregationis Indulgentiarum de non absimili re decisionem ad instantiam ejusdem Congrega-

 tionis

tionis Secretarii. En igitur, quæ expreſſe leguntur in Bullario Ordinis Prædicatorum *tom.* 8., *tract.* De conſenſu Bullarum *tit.* 15. *quæſt.* 4. §. 8.

„ Cum hæc Conſtitutio (*Pretioſus*) ad „ terminos juris reducta fuerit, ut ſæpius „ dictum eſt, a nonnullis ſubinde quæ„ ſitum fuit, nec ſemel quid de id genus „ Indulgentiis (*nimirum Sanctiſſimi Ro„ ſarii*) cenſendum foret. Qua de re „ audiendus Illuſtriſſimus, & Reveren„ diſſimus Dominus Secretarius Congre„ gationis Indulgentiarum, qui dubia „ varia proponens eidem Congregationi „ feria ſexta 30. Aprilis 1734 in Palatio „ Apoſtolico Quirinali habendæ, ſic Emi„ nentiſſimos Patres, & Reverendiſſimos „ Conſultores alloquitur in ſcripto, Ro„ mæ 1734. impreſſo Typis Philippi Ze„ nobii Typographi Sanctiſſimi Domini „ Noſtri Clementis XII. : *Sane quod ſpectat ad expreſſam revocationem laudatæ Conſtitutionis ſimilis inſtantia fuit in hac Sacra Congregatione propoſita ſub die 31. Januarii proximi præteriti anni, ſupplicantibus Canonicis Regularibus reſolvi.*

solvi: An per moderationem, seu revocationem expressam Bullæ incipientis In Sede, *favore ipsorum a Benedicto XIII. edita, Indulgentiæ ipsis concessæ, nec non Privilegium Altaris intelligeretur revocatum? Cui dubio responsum fuit ab Eminentissimis Patribus* Negative; *ex quo* n. 6. *in narrativa Bullæ Sanctissimi Domini Nostri Clementis XII. ad amovendam litium occasionem, ad terminos juris Benedicti XIII. Constitutiones reduci asseratur; ac proinde solum Privilegia contentiosa, ac jurisdictionem Ordinariorum, impedientia revocari videatur.* „ Quæ „ sane verba, quibus Illustrissimus Do„ minus Secretarius mentem Sacræ Con„ gregationis declarat apprime notanda „ sunt, ut id genus dubia resolvi pos„ sint. " His itaque positis data responsio non patitur exceptionem. Ut enim Indulgentiæ Sanctissimi Rosarii, nec non aliæ, una cum Altaris privilegio per Bullam *In Sede* Canonicis Regularibus concessæ, eoquod nullam sapiant contentionem, neque Episcoporum jurisdictionem impediant, minime

revocatæ intelliguntur; sic Privilegia de Ordinibus *extra Tempora* suscipiendis, quatenus in Bulla *Pretiosus* concessa, nec non ea omnia, quæ in adductis Bullis relative ad ipsamet Privilegia, & ad Concilium Romanum *tit.* 5. *cap.* 2. leguntur, neutiquam revocata dici possunt, quia nullam pariter contentionem pariunt, nullamque Episcoporum jurisdictionem circumscribunt, aut minuere valent.

Imo tantum abest, ut hujusmodi jurisdictionem vel leviter lædant, etiam non parum ampliant, augentque. Episcopis enim vi decreti Concilii Tridentini *sess.* 23. *cap.* 8. Tempora definiuntur sacros Ordines conferendi: *Ordinationes sacrorum Ordinum statutis a jure Temporibus publice celebrentur.* Vi autem hujusmodi Privilegiorum iisdem permittitur sacram Ordinationem Regularibus administrare *extra Tempora* a jure statuta, & definita, Privilegia itaque Episcoporum jurisdictionem extendunt ad ea Tempora, ad quæ iis deficientibus, extendi non valeret. Ampliatur

igi-

igitur, & augetur. Attamen eadem uti non arctantur Episcopi, ut Benedictus XIV. Constit. *Impositi Nobis* §. 11. declarat; sed ad Ordines *extra Tempora* suscipiendos admittere Regulares, vel non admittere, eorum libertati penitus relinquitur; nec propterea possunt Regulares iidem alium Episcopum adire, nisi autenticam attestationem, de qua infra agemus, obtinuerint.

Ceterum advertatur oportet, quod Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora* Fratribus Eremitis Ordinis Sancti Augustini concessum in Bulla *Libenter* subsequentium forma verborum: Quatenus opus sit, super quacumque contraria dispositione opportune dispensantes, ac de novo Privilegium hujusmodi eis juxta declarationem a Pio V. Prædecessore in ejus Constitutione *Etsi Mendicantium* declaratam concedimus, " revocatum intelligitur per Constitutionem prædictam Clementis XII., utpote Episcopis Diœcesanis contentiosum, atque ipsorum jurisdictionem impediens, ut aperte constat

ex

ex ipsa Pii V. declaratione, quæ sic exprimitur. " *sess. vero* 23. *cap.* 8. nemi-
" nem nisi a proprio Episcopo ordina-
" ri posse statuens, in Regularibus lo-
" cum non habere declaramus, ita quod
" Fratres hujusmodi præfatos etiam sa-
" cros Ordines a quolibet Antistite gra-
" tiam, & communionem Apostolicæ
" Sedis habente, Ordinarii loci mini-
" me requisita licentia, in locis, seu
" domibus Fratrum hujusmodi, aut ali-
" bi recipere possint.

Revocatum pariter intelligitur simile Privilegium Fratribus Prædicatoribus in Bulla *Pretiosus* concessum per hæc verba. " Quatenus a Diœcesano, eoque
" renuente, vel non valente a quocum-
" que catholico Episcopo Ordines *extra*
" *Tempora* suscipere, & Episcopis ipsis
" conferre libere valeant juxta declara-
" tionem Sancti Pii V. in Bulla *Etsi*
" *Mendicantium*", quia contentione non caret, & Ordinariorum loci jurisdictionem perturbat, & impedit. Revocatum autem non censetur hujusmodi Privilegium iisdem Prædicatoribus concessum

sub

ſub hac alia forma, „ Pariter diſpen-
„ ſantes ſuper quacumque contraria diſ-
„ poſitione, de novo illud idem Privi-
„ legium iiſdem Fratribus ſignanter, ſpe-
„ cifice, & in individuo concedimus;
quia omnis expers eſt contentionis, & Ordinariorum loci jurisdictioni nedum non adverſatur, ſed favet, ut jam dictum eſt.

CAPUT VI.

De ſtatu Privilegiorum ſuſcipiendi Ordines extra Tempora *poſt Benedicti XIV. Conſtit.* Impoſiti Nobis.

Ex dictis Cap. IV., & V. compertum eſt, hujuſmodi Privilegia ſuo in robore perſtitiſſe uſque ad epocam Concilii Romani. Neque vero minus certum eſt, quod eodem in ſtatu ipſa permanſerint uſque ad Pontificatum Benedicti XIV. Siquidem Clemens XII., qui Benedicto XIII. ſucceſſit, nihil prorſus quoad eadem innovavit, teſte ipſo Be-

Benedicto XIV. *Instit.* 23. *num.* 6., ubi anno 1733. sic scribit: " proseguiremo,
„ a Dio piacendo, come abbiamo fatto
„ per lo passato, ammettendo i Rego-
„ lari al Privilegio dell' *extra Tempo-*
„ *ra* .... e seguiteremo a prenderci il
„ continuo incomodo, fin a tanto pe-
„ rò, che a Noi verrà proibito dalla
„ Santa Sede l'ammettere i Regolari al
„ Privilegio dell' *extra Tempora*: e fin
„ a tanto che a Noi sarà nelle debite
„ forme fatta palese la mente Pontifi-
„ cia ". Quare videndum modo remanet, an eadem Privilegia, etiam post ipsius Benedicti laudatam Constitutionem suo in robore, in quo ante ipsam existebant prorsus, remanserint. Non pauci equidem in tantam lapsi sunt hallucinationem, ut de pristino statu ipsa decessisse putaverint. Quoniam vero aliqui non conveniunt cum aliis. Quidam enim affirmant, quod vigore dictæ Constitutionis derogatum sit hujusmodi Privilegiis, tam ante Concilium Tridentinum quomodolibet concessis, quam post ipsum per solam communicatio-

nem

nem indultis. Alii autem ſuſtinent, quod ea ſola ſuffragantur vi ejuſdem Conſtitutionis, quæ vel directe, & nominatim poſt ipſius Concilii confirmationem conceſſa ſunt, vel quæ, ſi ante Concilium directe pariter, & nominatim ſunt indulta, fuerint poſt ipſum confirmata *in forma ſpecifica*, non autem *in forma communi*. Propterea, ut hujuſmodi opinationes felicius profligentur, principem hanc controverſiam tres in paragraphos partior.

§. I.

Privilegia ſuſcipiendi Ordines extra Tempora *ſive directe, ſive per communicationem conceſſa ante Concilium Tridentinum, ſive etiam poſt ipſum per communicationem tantum non ſunt revocata per laudatam Conſtitutionem*.

Privilegia de Ordinibus *extra Tempora* ſuſcipiendis ſive ab Epiſcopo Diœceſano, ſive ab alio Epiſcopo de conſenſu Diœceſani, indole, atque ſpecie differre a Privilegiis de Ordinibus a quocumque Epiſcopo recipiendis inconſulto Diœceſa-

ceſa-

cesano, & persæpe id ægre ferente, Adversariorum nemo poterit inficiari. De facto primis gaudent Privilegiis Regulares omnes; secundis vero perpauci fruuntur. Tanta porro admissa differentia inter utraque Privilegia concedere coguntur, quod per laudatam Constitutionem minime revocantur Privilegia priora, in sensu exposito concessa. Ea siquidem privilegia revocantur, quæ *ad effectum* de *quo agitur* a Pontifice spectant. Ita porro inquit ipse §. 12. " Om„ nia similia Privilegia, quæ aliis Ordi„ nibus ante prefatum Concilium Tri„ dentinum ab ipsa etiam Apostolica „ Sede, & sub quibuscumque tenoribus, „ & formis indulta sint, vel etiam post „ ipsum Concilium non ipsis directe „ concessa; sed per communicationem „ ad eos extensa esse dicuntur, iisdem „ auctoritate, & tenore nulla, & irri„ ta, omnique vigore, ac robore *ad* „ *effectum de quo agitur* penitus destitu„ ta, & vacua esse volumus, & statui„ mus". Jam vero Privilegia de *extra Tempora ad effectum de quo agitur* nequa-

quaquam ſpectant. Neque enim ibi agitur de Privilegiis ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora*, ſed a quocumque, adeoque agitur *de effectu* ſuſcipiendi Ordines a quocumque Epiſcopo, ut liquido apparet ex contextu, qui legitur immediate ante relata verba, quique eſt, ut ſequitur. " Quemadmodum vero eorum
„ Ordinum Regularium Privilegia fir-
„ ma, & rata eſſe volumus, quibus ab
„ Apoſtolica Sede reperitur indultum *ut*
„ *eorum Alumni* (en effectus de quo
„ agitur) *a quocumque catholico Antiſti-*
„ *te ordinari valeant*, dummodo hujuſ-
„ modi Privilegia poſt Tridentinum Con-
„ cilium, & ipſis Ordinibus nominatim,
„ atque directe, non autem per com-
„ municationem conceſſa fuerit. " *Omnia* igitur *ſimilia Privilegia* ſpectantia *ad effectum de quo agitur*, nimirum *ad effectum* ſuſcipiendi Ordines a quocumque Epiſcopo, revocata dicuntur; non autem Privilegia ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora*, utpote ad hujuſmodi effectum nullo modo pertinentia, cum ab illis natura, ſpecieque differant.

Quam-

Quamvis adducta ratio adeo invicta, meo judicio sit, ut nihil magis: elucescit amplius si vis intima attenditur dictionum *Quemadmodum* & *Ita* quibus integra definitur oratio. Sicut enim dictio *Quemadmodum* orationis partem circumscribit, cujus vigore firma, & rata declarantur Privilegia de Ordinibus a quocumque Episcopo suscipiendis, dummodo nominatim, atque directe post Concilium Tridentinum, non autem per communicationem concessa fuerint. *Quemadmodum vero eorum Ordinum Regularium Privilegia rata, & firma esse volumus, quibus reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet Catholico Antistite ordinari valeant dummodo &c.* Sic dictio *Ita* circumscribit orationis partem, vigore cujus *similia Privilegia* nulla, & irrita declarantur, quatenus ante præfatum Concilium Tridentinum sub quibuscumque tenoribus, & formis indulta, vel etiam post ipsum Concilium per solam communicationem extensa fuerint *Ita porro omnia similia Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante præfatum Con-*

Concilium Tridentinum &c. Porro ſicuti per orationis partem, a dictione *Quemadmodum* circumſcriptam ſola Privilegia de Ordinibus a quocumque Epiſcopo recipiendis *firma* declarantur, & *rata*, quatenus poſt Tridentinum directe, & nominatim, non vero per communicationem conceſſa, ſic per orationis partem, quam dictio *Ita* circumſcribit, ſola ſimilia Privilegia ſuſcipiendi Ordines a quocumque Antiſtite cenſeatur revocata, quatenus ante præfatum Concilium, etiam directe, & nominatim, vel poſt ipſum per ſolam communicationem indulta. Sic enim dictio *Ita* reſpondet dictioni *Quemadmodum* ſuam non poteſt orationem extendere ultra id, ad quod oratio dictionis *Quemadmodum* ſe extendit. Vis ſiquidem dictionis *Ita* juxta Rotam Romanam *part.* 2. *deciſ.* 249. *n.* 1. *adverſativa*, & *limitativa* cenſetur. Quod præſertim verum habet, ſi rurſus ſpectetur particula *Ad effectum, de quo agitur* quæ in ejuſdem oratione legitur contineri. Vigore namque hujuſce particulæ tanta eſt orationis Pri-

vilegiorum revocatoriæ limitatio ad Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque, seu ad *effectum* eosdem Ordines a quocumque suscipiendi, ut eam ampliare ad Privilegia de *extra Tempora* perinde sit, ac legibus (citatis a Barbosa *Axiom.* 120. *num.* 1.) refragari, quæ ajunt, inclusionem unius esse exclusionem alterius, præcipue cum eadem ratio in utroque non militat, ut in Privilegiis, de quibus agimus, cernitur. Ideo enim Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque revocantur, propterea quod hisce persistentibus omnes Regulares exempti ab Episcopis Diœcesanis, quantum pertinent ad hanc Ordinationum materiam, dicerentur, & essent; proindeque effectu vacua, quoad eamdem, remaneret eorum potestas, & jurisdictio, vel saltem non nisi ex Regularium arbitrio, in actum valeret exire; Decretum insuper Clementis VIII. die 15. Martii 1596. editum, & ad hujusmodi Ordinationum materiam spectans inutile redderetur; Concilium denique Tridentinum præcipiens cap. 8. sess. 24.,

unum-

unumquemque a proprio Episcopo ordinari debere, suum effectum vix, aut nunquam sortiri posset. Hæc autem non levia incommoda minime sequuntur, persistente in suo robore Privilegio *de extra Tempora*. Regulares enim, eodem licet fruantur, debent Ordines sive Temporibus a jure statutis, sive extra Tempora recipere ab Episcopis Diœcesanis, vel ab alio Antistite, dummodo attestatione authentica (de qua postea) muniti fuerint. Revocato itaque Privilegio a quocumque; revocatum non intelligitur aliud de *extra Tempora*.

Sed nonnulli Theologi, quos non semel audivi per ora ferunt, libereque venditant Privilegiorum de *extra Tempora* revocationem, hac ducti ratione: Privilegia hæc *ad effectum*; de quo agitur reapse spectant. Agitur enim de Ordinationum materia, idest *de effectu*, Ordines suscipiendi. Insuper similia sunt Privilegiis suscipiendi Ordines a quocumque. Si igitur revocantur *omnia similia Privilegia ad effectum de quo agitur*, cur in revocatione Privilegiorum

a quocumque inclusa non erit revocatio Privilegiorum *de extra Tempora*.

Verum Theologi isti nedum minima pro maximis, sed falsa pro veris obtrudunt. Quod, ut pateat, integrum refero textum. " Quemadmodum vero, „ inquit Pontifex §. 12., eorum Ordi„ num Regularium Privilegia firma, & „ rata esse volumus, quibus ab Aposto„ lica Sede reperitur indultum *ut eorum* „ *Alumni a quolibet Catholico Antistite* „ *ordinari valeant*, dummodo hujusmo„ di Privilegia post Tridentinum Con„ cilium, & ipsis Ordinibus nominatim, „ atque directe, non autem per commu„ nicationem concessa fuerint. Ita por„ ro *omnia similia* Privilegia, quæ aliis „ Ordinibus ante præfatum Concilium „ Tridentinum, ab ipsa etiam Apostolica „ Sede, & sub quibuscumque tenoribus, „ & formis indulta sint; vel etiam post „ ipsum Concilium non ipsis directe „ concessa, sed per communicationem „ ad eos extensa esse dicantur, iisdem „ auctoritate, & tenore nulla, & irri„ ta, omnique vigore, ac robore, ad

„ *esse-*

„ *effectum de quo agitur* penitus destitu-
,, ta, & vacua esse volumus, & statui-
„ mus" Nemo equidem hoc in textu vel minimam privilegiorum de *extra Tempora* mentionem poterit reperire. Non in prima ejusdem parte, quia in ea solum nominantur Privilegia a quocumque *ut eorum Alumni a quolibet catholico Antistite ordinari valeant*, non in altera, quia in ea pariter eadem Privilegia de Ordinibus a quocumque suscipiendis solummodo memorantur, quatenus nempe *omnia similia Privilegia* revocantur, sed *ad effectum, de quo agitur* in prima parte textus, idest *ad effectum* suscipiendi Ordines a quocumque; Privilegia id circo de *extra Tempora*, utpote in toto textu nullimode nominata, nequeunt includi in revocatione Privilegiorum a quocumque. Quare, ut præfatæ rationi directe respondeam, falsum est omnino, quod eo loci agatur de Ordinationum materia, seu de effectu suscipiendi Ordines tam a quocumque, quam *extra Tempora*, seu indeterminate, & in genere; sed agitur determi-

 nate,

nate, signanter & in individuo de materia Ordinum suscipiendorum a quocumque, seu de unico effectu Ordines a quocumque suscipiendi; propterea per *omnia similia Privilegia* intelligi nequeunt Privilegia de *extra Tempora*, cum ut dictum est ab illis specie differant. Quemadmodum enim, qui Privilegio gaudet suscipiendi Ordines a quocumque, non censetur Privilegio de *extra Tempora* gaudere, & viceversa, quandoquidem, propter specificam differentiam unius ab alio, necessario requiritur in concessione specialis mentio utriusque; sic ob eamdem differentiam necesse est, quod in revocatione conceptis verbis exprimatur utrumque. Quod porro pertinet ad concessionem facile ostenditur. Nam Joannes XXII. Constit. *Religionis tuæ* V. Kal. Aprilis Pontificatus anno 7. concessit quidem Carmelitis Privilegium a quocumque, sed non aliud de *extra Tempora*. Hoc postea iisdem indulsit Sixtus IV. Constit. *Dudum attenta* cap. 1. relata. Si igitur in concessione unius Privilegii, quæ alias favorem continet, & ob

ob id ampliari potius oporteret, aliud concessum non intelligitur, quantomagis in ejusdem revocatione, quæ quoniam odium parit, restringi debet; aliud non intelligetur revocatum. Illud itaque asserendum est, quod *omnia similia privilegia, quæ ad effectum de quo agitur* revocantur alia intelligi nequeunt; quam *similia* in natura, & specie. Quamobrem sola Privilegia suscipiendi Ordines a quolibet Episcopo, quatenus ante Concilium Tridentinum etiam directe, vel post ipsum per solam communicationem concessa, dici debent revocata, utpote in natura, & specie reapse *similia* Privilegiis de Ordinibus a quolibet Episcopo suscipiendis, quatenus post Tridentinum nominatim, atque directe concessis. Privilegii enim concessio sive directe, sive per communicationem, sive ante, sive post Tridentinum facta, nedum Privilegii speciem non mutat; sed omnimodam in eadem specie similitudinem tam in directo, quam in communicato Privilegio reapse efficit: Imo tanta est hujusmodi similitudo, ut Ordo

Regularis, qui in alterius communicat Privilegio, possit nomen suum juxta ipsum Privilegium, vel transumptum apponere loco illius Ordinis, cui primo concessum fuit. Sic Julius II. Minimis indulsit Constit. *Dudum ad sacros Ordines* 5. Kalendas Augusti, anno 1506., Clemens VII. 21. Junii 1524. Quod confirmavit, & innovavit Gregorius XV. 7. idus Februarii 1721., ut referunt Salmanticenses *tom.* 4. *tract.* 18. *pag.* 244. *num.* 97.

Sed quid ultra immoramur in re comprobanda? Audiant Theologi illi, quod scribit ipse Benedictus XIV. *Instit.* 23. *n.* 11., quodve eadem de re sentit. „ Chi pretendendo, in vigore del Concilio Romano, il Privilegio dell' *extra Tempora* si mostrasse poi ritroso all' „ osservanza del Decreto di Clemente VIII., approverebbe, e disapproverebbe nel medesimo tempo il Concilio Romano, mentre l' approverebbe nel punto dell' *extra Tempora* a lui favorevole, e lo disapproverebbe nell' altro del predetto Decreto a lui

„ con-

„ contrario, dalla di cui disposizione „ non sono esenti se non que' Regolari, che dopo il Concilio di Trento „ hanno ottenuto il Privilegio di poter „ ricevere gli Ordini da qualunque Vescovo Cattolico, come sono i Padri „ della Compagnia, i quali da Noi sono nominati, non avendo notizia d' „ altri, che abbiano *simili Privilegj.*" Notent itaque Adversarii hæc postrema verba: *simili Privilegj*, & quod innuant *similia Privilegia* in quæstione ipsimet sint judices. Quemadmodum igitur *simili Privilegj* refert Benedictus ad sola Privilegia a quocumque, sic *similia Privilegia*, quæ *cit. loc.* revocantur, ad sola refert Privilegia a quocumque. Utrobique enim de similibus agit Privilegiis non in genere, sed in specie; idest de similibus Pivilegiis quoad eamdem naturam, & speciem loquitur. Propterea cùm, ut sæpius dictum est, Privilegia de *extra Tempora* specie differant a Privilegiis *a quocumque*, intelligi nequeunt a Benedicto revocata per illa verba: *Ita porro omnia similia Privilegia* . . . .

nulla, *& irrita* .... *esse volumus*, *& statuimus*.

§. II.

Recens quorumdam Auctorum infirmatur opinio, *quæ asserit Regularibus in præsens non suffragari*, *nisi ea Privilegia de Ordinibus* extra Tempora *suscipiendis*, *quæ post Tridentinum directe*, *& nominatim fuerunt concessa*, *vel*, *si ante Tridentinum indulta fuerint post ipsum confirmata* in forma specifica, *non autem* in forma communi.

Opinionem istam excogitarunt Auctor *additionum ex aliena manu ad promptam Bibliothecam* Lucii Ferraris Romæ editam, & Romualdus Honarante in *praxi Secretariæ Tribunalis pag.* 122. En primi verba ad *art.* 2. *verb. Ordo* « Privi„ legium suscipiendi Ordines *extra Tem*„ *pora* illis dumtaxat Regularibus suf„ fragatur, quibus post Concilium Tri„ dentinum nominatim, atque recta „ concessum est; vel si fuerit ante con„ cessum, fuerit in forma non commu„ ni, sed specifica, postmodum confir„

„ ma-

„ matum. Per communicationem igitur „ Privilegium hoc haud acquiritur, ut „ ex Const. S. M. Bened. XIV. incip. „ *Impositi nobis* probe monet Clarissimus „ P. Giraldi in *addit. ad Mascat. lib.* 1. „ *tit. De tempor. ordin. sub n.* 15. Quo- „ circa locum amplius non habet, quod „ auctor *num.* 12. innixus Concilio Ro- „ mano *tit.* 5. *cap.* 2. dicit, acquiri pos- „ se mox dictum Privilegium per com- „ municationem, tum suffragari ante „ Concilium concessum.

Alterius autem hæc sunt. " Benedi- „ ctus XIV. Constit., quæ incipit *Im-* „ *positi nobis*, declaravit, hujusmodi Pri- „ vilegia illis solis Regularibus suffra- „ gari, quibus post Tridentinum nomi- „ natim, atque directe, non vero per „ communicationem concessa fuerunt; „ & hæc indulta non censeri, nisi vel „ post ipsius Tridentini confirmationem „ reipsa fuerint concessa, vel quatenus „ antea concessa, & posterius confir- „ mata esse asserantur, hujusmodi con- „ firmationes in forma specifica cum „ literali veteris indulti insertione, ejus-

„ que

„ que expressa innovatione factæ dignos-
„ cantur, ac..... alterius generis con-
„ firmationes, quæ in forma communi
„ nuncupantur, nemini ad præmissum
„ effectum ullo pacto suffragari." Pontificis utitur verbis incipiendo ab illis, *indulta non censeri* &c.

Antequam aggredior hujusmodi opinionis fallitatem ostendere, notandum est, quod confirmatio generatim sumpta est juris quæsiti corroboratio. Confirmatio autem in *forma communi* fit, cum aliquot Privilegium confirmatur in confuso, ut jacet, & absque illius examine. Confirmatio vero in *forma specifica* habetur, cum ex certa scientia, seu cum certa totius negotii, hujusque circumstantiarum notitia confirmatur Privilegium, tenorque ipsius in eadem confirmatione inseritur. Prima confirmat Privilegium alias validum; quod si ab initio invalidum fuit, confirmatum minime censetur; unde hujusmodi confirmatio solummodo corroborat Privilegium pro eo, in quo erat statu; proindeque nova non est Privilegii conces-

sio,

ſto, ut eſt confirmatio in *forma ſpecifica*.

Ad rem itaque veniamus. Conſtitutionis verba, quibus præfati Auctores ſuam probant opinionem, ſunt hæc, quæ cit. §. 12 leguntur. " Decernentes hujuſmodi Privilegia nequaquam poſt Concilium Tridentinum indulta cenſeri, niſi vel poſt ipſius Concilii confirmationem reipſa fuerint conceſſa, vel quatenus antea conceſſa, & poſterius confirmata eſſe aſſerantur, hujuſmodi confirmationes in *forma ſpecifica* cum literali veteris indulti inſertione, ejuſque expreſſa innovatione factæ dignoſcantur: ac declarantes alterius generis confirmationes, quæ in *forma communi* nuncupantur, nemini ad præmiſſum effectum ullo pacto ſuffragari ". Hæc porro verba nedum minime probant, verum etiam ipſorum improbant opinionem. Siquidem per hæc verba, " Ita porro omnia ſimilia Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante præfatum Concilium Tridentinum .... ſub quibuſcumque tenoribus, & formis indulta ſint, vel etiam poſt

" ip-

„ ipsum Concilium non ipsis directe „ concessa, sed per communicationem „ ad eos extensa esse dicantur, iisdem „ auctoritate, & tenore nulla, & irri„ ta ad *effectum, de quo agitur* penitus „ destituta, & vacua esse volumus, & „ statuimus ", per hæc verba, inquam, nominata censentur, ut §. anteced. dictum est, *omnia similia Privilegia, quæ ad effectum, de quo agitur* solummodo spectant. Per verba igitur, quæ post illa statim leguntur, nempe: *Decernentes hujusmodi Privilegia &c.*, nominari nequeunt, nisi Privilegia, quæ eumdem ad *effectum de quo agitur* dumtaxat pertinent, idque ab Adversariis negari non potest, cum evidenter deducatur ex postremis ejusdem textus verbis nimirum. " Declarantes alterius generis „ confirmationes (Privilegiorum scili„ cet, de quibus agitur) quæ in *forma* „ *communi* nuncupantur, memini n. b. „ ad præmissum effectum ullo pacto suf„ fragari " . Nam ly ad *præmissum effectum* aliquem effectum antea memoratum expresse innuit, atque supponit.

Quem-

Quemadmodum ergo per verba : *ita porro omnia similia Privilegia &c.* sola Privilegia *a quocumque*, utpote ad *effectum de quo* agitur spectantia, censentur revocari ; sic etiam per verba : *Declarantes alterius generis &c.* sola Privilegia *a quocumque*, utpote ad *præmissum effectum* tantummodo pertinentia non suffragari intelliguntur. Et sicuti per eadem verba : *Ita porro omnia similia Privilegia &c.* excluduntur a revocatione Privilegia *a quocumque*, dummodo directe, & nominatim post Tridentinum concessa fuerint, ita pariter exclusa remanent a declaratione sola Privilegia *a quocumque*, quæ nedum *post Tridentinum Concilium indulta censentur, sed etiam post ipsius Concilii confirmationem reipsa fuerunt concessa, vel quatenus antea concessa, & posterius confirmata esse asserantur, hujusmodi confirmationes in forma specifica .... factæ dignoscantur*. Ne multa, quemadmodum priora verba : *Ita porro &c.* ea Privilegia dumtaxat complectuntur, quæ *ad effectum, de quo agitur* spectant ita posterio-

ra verba: *Decernentes hujusmodi Privilegia &c.* ea sola Privilegia implicant, quæ ad *præmissum effectum pertinent*. Privilegia porro suscipiendi Ordines *extra Tempora*, non spectant ad *effectum*, *de quo agitur* in prioribus verbis, ut §. 1. evictum est; neque igitur spectare ad *præmissum effectum* valent; cum de hujusmodi Privilegiis sive in prioribus, sive in posterioribus verbis æque altum habeatur silentium. Præfata igitur Constitutionis verba, quæ ab Adversariis in subsidium adducuntur, ipsorum improbant opinionem.

Sed ut obvius antecedentium, & subsequentium verborum sensus percipiatur nitidius, omnia simul referamus.
„ Quemadmodum vero eorum Ordinum
„ Regularium Privilegia firma, & rata
„ esse volumus, quibus ab Apostolica
„ Sede reperitur indultum, ut eorum
„ Alumni a quolibet catholico Antistite
„ ipsius Sedis gratiam, & communica-
„ tionem habentes ordinari valeant,
„ dummodo hujusmodi Privilegia post
„ Tridentinum Concilium & ipsis Or-

„ dini-

„ dinibus nominatim, atque directe,
„ non autem per communicationem con-
„ cessa fuerint.

„ Ita porro omnia similia Privilegia,
„ quæ aliis Ordinibus ante præfatum
„ Concilium Tridentinum, ab ipsa etiam
„ Apostolica Sede, & sub quibuscum-
„ que tenoribus, & formis indulta sint;
„ vel etiam post ipsum Concilium non
„ ipsis directe concessa, sed per com-
„ municationem ad eos extensa esse di-
„ cantur, iisdem auctoritate, & tenore
„ nulla, & irrita; omnique vigore, ac
„ robore *ad effectum, de quo agitur* peni-
„ tus destituta, & vacua esse volumus,
„ & statuimus. Decernentes, *hujusmodi*
„ *Privilegia* nequaquam post Concilium
„ Tridentinum indulta censeri, nisi vel
„ post ipsius Concilii confirmationem
„ reipsa fuerint concessa, vel quatenus
„ antea concessa, & posterius confirma-
„ ta esse asserantur, hujusmodi confir-
„ mationes *in forma specifica* cum lite-
„ rali veteris indulti insertione, ejus-
„ que expressa innovatione factæ dignos-
„ cantur: ac declarantes, alterius gene-

G „ ris

„ ris confirmationes, quæ in *forma communi* nuncupantur, nemini ad *præ-*
„ *missum effectum* ullo pacto suffragari.

Quod itaque obvius prioris decreti sensus nullimode possit ad Privilegia de *extra Tempora* referri, nemo negaverit. Effectus enim, de quo ibi agitur omnino limitatur ad Privilegia suscipiendi Ordines a quolibet Episcopo vigore illius clausulæ: *quibus reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet catholico Antistite ordinari valeant.*

Obvius pariter secundi Decreti sensus extendi nequit ad Privilegia de *extra Tempora*; quandoquidem ad *effectum, de quo agitur*, eodem in decreto nequaquam spectant, ut §. 1. dictum est. Ad sola igitur Privilegia *a quocumque*, utpote ad hujusmodi effectum spectantia, limitamus.

Idem igitur perseveret oportet obvius tertii Decreti sensus; proindeque nequeat ad Privilegia de *extra Tempora* referri, idque non solum propter eam, quam supra innuimus, particulam: *nemini ad præmissum effectum ullo pacto suffragari*, sed

sed etiam vigore alterius, initio ejusdem decreti positæ nimirum: *decernentes hujusmodi Privilegia;* dictio enim hæc *hujusmodi* cum juxta Barbosam *dict.* 137., & alios plurimos Auctores, nec non Rotam Romanam, & Glossam, *sit relativa, & repetitiva præcedentium cum omnibus suis qualitatibus*, referri debet ad id, quod prius memoratum est, & repetere idipsum, de quo precedenter actum fuerit. Porro Privilegia suscipiendi Ordines *extra Tempora* non sunt ullo modo precedenter memorata, ut ex sæpius dictis liquet, neque de iisdem vel leviter actum reperitur; idcirco ad eadem nequit referri dictio, *hujusmodi*, eamdemque repetere neutiquam potest. Insuper juxta ipsum Barbosam ibidem, dictio *hujusmodi sequentem dispositionem restringit ad præcedentem*: dispositio autem præcedens nihil omnino de Privilegiis *extra Tempora* loquitur. Ad hæc ergo Privilegia restringi nequit sequens dispositio. Addi potest, quod etiam in primo decreto legitur eadem dictio *hujusmodi*, dummodo *hujusmodi Privilegia:*

quis autem dixerit eam posse ad Privilegia de *extra Tempora* referri? Obvius itaque triplicis decreti sensus sola spectat Privilegia *a quocumque*.

Demum post tria dicta decreta præsens sequitur. " Quod vero spectat ad „ eorumdem Privilegiorum usum, & „ exercitium, monendi sunt ii, quibus „ eadem juxta præmissa, pleno jure, com„ petere dignoscuntur, ut non sine ju„ sta caussa, nec extra debitas circum„ stantias pro libito ipsis utantur; mi„ nime vero ad ostendendam ipsorum „ Privilegiorum singularitatem &c. "

Hoc sane decretum perspicue comprobat, quod de obvio præfatorum decretorum sensu dicebamus. Certum enim est, quod primi, & præsentis decreti sensus interpretari nequit de Privilegiis suscipiendi Ordines *extra Tempora*: cum in primo legatur *quibus reperitur indultum, ut eorum Alumni* a quolibet *catholico Antistite ordinari valeant*, & in præsenti, *ut non sine justa caussa, nec extra debitas circumstantias pro libito ipsis utantur; minime vero ad ostendendam*

dumtaxat *ipsorum Privilegiorum singularitatem*, quod quidem locum habere non potest in Privilegiis de *extra Tempora*, propterea quod iisdem uti nequeant Regulares, nisi ad libitum Episcopi Diœcesani; adeoque in eorundem usu, & exercitio nulla possit singularitas apparere. Obvius ergo sensus decreti intermedii, incipientis *Decernentes hujusmodi Privilegia*, interpretari non potest, nisi de Privilegiis a *quocumque*; aliorum enim decretorum sensui respondeat, necessum est; & quoniam quoad primum satis constat ex hactenus dictis, probatur, quoad præsens decretum. In illo *Decernentes hujusmodi Privilegia* agitur de Privilegiis, tum quoad formam, tum quoad tempus concessionis ipsorum, tum demum quoad modum, quo confirmata esse dicuntur. In præsenti autem agitur de eorumdem usu, & exercitio. Atqui in præsenti agitur de usu, & exercitio, dumtaxat Privilegiorum *a quocumque*, nequaquam vero Privilegiorum *de extra Tempora*. De iisdem ergo agitur Privilegiis *a quocumque*, non au-

autem de *extra Tempora* in illo *Decernentes hujusmodi Privilegia*, quandoquidem ly *eorumdem*, quod in præsenti decreto legitur juxta Barbosam *dict.* 143. *repetit qualitates in præcedenti dispositione expressas, seu qualitatem dispositionis, ad quam se refert, & refertur ad id, quod est idem in specie*. Privilegia porro de *extra Tempora*, utpote quoad speciem diversa a Privilegiis *a quocumque* hujusmodi nequeunt admittere repetitionem, & relationem subire. Itaque ly *eorumdem* taliter repetit Privilegia *a quocumque*, atque ad hæc refertur, quod Privilegiorum qualitates in decreto *Decernentes* expresse solis competunt ipsis Privilegiis *a quocumque*. Quod etiam haud obscure deducitur ex ipso absoluto, & indistincto loquendi modo præsentis decreti. Dicit enim: *quod vero spectat ad eorumdem Privilegiorum usum, & exercitium*; si namque in illo *Decernentes* ageretur etiam de Privilegiis de *extra Tempora*, cum hæc ab aliis, ut dictum est, quoad speciem diversa sint, diverso quoque loquendi modo ad hujus-

modi

modi Privilegiorum diversitatem innuendam, uteretur, puta, *quod vero spectat ad usum, & exercitium Privilegiorum a quocumque*, compertum proinde est, quod in decreto *Decernentes* sola qualitas *a quocumque* expressa reperitur, consequenterque obvius integri paragraphi, præfata quatuor decreta complectentis sensus, neutiquam potest de Privilegiis suscipiendi Ordines *extra Tempora* interpretari. Verum rationibus, conjecturisque, quas adversus laudatos modernos Auctores hucusque adduximus, certior fiet Lector, si summarium totius paragraphi in quæstione sub oculos posuero. En quod habet *litera* O. " Pri-
" vilegia recipiendi Ordines *a quocum-*
" *que*, nisi post Tridentini Concilii con-
" firmationem alicui Ordini Regulari
" nominatim, atque directe, non au-
" tem in communicatione Privilegio-
" rum concessa fuerint, vel ante illud
" concessa postmodum in *forma speci-*
" *fica* cum insertione veteris indulti
" confirmata sint, nullatenus suffragari
" decernit ". *Pag.* 183. *col.* 1. *item*. "

 " Pri-

„ Privilegia recipiendi Ordines *a quo-*
„ *cumque*, quibus in casibus, & qua
„ moderatione in usum deducenda sint ".
Ibi. Pariter in ejusdem paragraphi margine sic notatur: *Privilegia suscipiendi Ordines* a quocumque, *an*, & *quibus suffragentur*, & *quid observandum in eorum usu*. Quid autem de Privilegiis suscipiendi Ordines *extra Tempora* idem habeat summarium, accipiat Lector. «
„ Privilegia suscipiendi Ordines *extra*
„ *Tempora* Regularibus indulta non ar-
„ ctant Episcopos Diœcesanos ad eos
„ ordinandos *extra Tempora*, vel dimit-
„ tendos ad Ordinationem alibi susci-
„ piendam ". *cit. lit.* O *pag.* 182. *col.* 2. §. *Præterea*; & in hujus paragraphi margine dicitur: « Episcopi non arctan-
„ tur Privilegiis Regularium de Ordi-
„ nibus suscipiendis *extra Tempora* ".
Hæc ergo Privilegia, ut ipsis ex verbis patet, sarta tecta supponuntur. Eodem propterea teste summario prius laudato asserendum est, quod omnia decreta paragraphi *Quemadmodum* spectant dumtaxat Privilegia *a quocumque*, adeoque penitus

nitus

nitus falsa est Adversariorum opinio, quam initio hujusce paragraphi exposuimus.

Sed ut clarius percipiatur genuinus dicti paragraphi sensus; paucis subjicio, quæ in primo, & præsenti paragrapho latius dicta sunt. Declarat primo Benedictus firma, & rata esse Privilegia suscipiendi Ordines *a quocumque*, dummodo post Tridentinum Concilium directe, & nominatim concessa fuerint, non autem per solam communicationem. En ipsius verba. " Quemadmodum vero eorum Ordinum Regularium Privilegia firma, & rata esse volumus, quibus ab Apostolica Sede reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet catholico Antistite ipsius Sedis gratiam, & communionem habente ordinari valeant, dummodo hujusmodi Privilegia post Tridentinum Concilium & ipsis Ordinibus nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint.

Secundo. Revocat *omnia similia Privilegia*, quæ aliis Ordinibus ante dictum Con-

Concilium ſub quibuſcumque tenoribus, & formis vel quæ poſt ipſum per communicationem indulta fuerunt. Ne vero quis poſſet in dubium vertere, an ſub nomine *omnium ſimilium Privilegiorum* revocari cenſeantur alia Privilegia, quoad ſpeciem diverſa a Privilegiis *a quocumque*, conſulto addit in Privilegiorum revocatione, particulam hanc *ad effectum, de quo agitur*, per quam expreſſe denotat, ſe quidem revocare *omnia ſimilia Privilegia*, ſed *ad effectum de quo agitur* ſpectantia; adeoque ſola omnia ſimilia Privilegia *a quocumque* revocare intendit, utpote dumtaxat pertinentia *ad effectum, de quo agitur*, nempe ad effectum ſuſcipiendi Ordines *a quocumque*. " Ita porro, *inquit*, omnia ſimilia
„ Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante
„ præfatum Concilium Tridentinum ab
„ ipſa etiam Apoſtolica Sede, & ſub
„ quibuſcumque tenoribus, & formis
„ indulta ſint, vel etiam poſt ipſum
„ Concilium non ipſis directe conceſſa,
„ ſed per communicationem ad eos ex-
„ tenſa eſſe dicantur, iiſdem auctorita-

„ te,

„ te, & tenore nulla, & irrita, omni-
„ que vigore, ac robore *ad effectum*,
„ *de quo agitur* penitus destituta, & va-
„ cua esse volumus, & statuimus. "

Tertio. Non satis habet firma, & rata declarasse Privilegia *a quocumque*, quatenus post Concilium Tridentinum nominatim, atque directe concessa; decernit insuper, ut suffragentur, quod post ipsius Concilii Tridentini confirmationem reperiantur indulta. Et quoniam absolute revocaverat omnia similia Privilegia *a quocumque*, quatenus etiam directe concessa ante præfatum Concilium, hujusmodi moderatur revocationem, decernens, dicta Privilegia ante Tridentinum concessa reipsa suffragari, dummodo post idem Concilium Tridentinum fuerint confirmata in *forma specifica*; declarans ulterius non valere confirmationes, quantum ad *præmissum effectum* eorumdem Privilegiorum in *forma communi* nuncupatas. " Decernentes,
„ *pergit*, hujusmodi Privilegia nequa-
„ quam post Concilium Tridentinum in-
„ dulta censeri, nisi, vel post ipsius Con-
„ cilii

„ cilii confirmationem reipſa fuerint con„ ceſſa, vel quatenus antea conceſſa, & „ poſterius confirmata eſſe aſſerantur, hu„ juſmodi confirmationes in *forma ſpe„ cifica* cum literali veteris indulti in„ ſertione, ejuſque expreſſa innovatio„ ne factæ dignoſcantur: ac declaran„ tes alterius generis confirmationes quæ „ in *forma communi* nuncupantur, ne„ mini ad præmiſſum effectum ullo pa„ cto ſuffragari".

Poſtremo. Modum præſcribit in uſu, & exercitio eorumdem Privilegiorum *a quocumque* ab iis obſervandum, quibus eadem competunt *juxta præmiſſa*, ideſt quibus eadem conceſſa reperiuntur nominatim, atque directe poſt Concilii Tridentini confirmationem, vel ſi ante ipſum Concilium conceſſa fuerunt, & poſterius confirmata, hujuſmodi confirmationes factæ ſint in *forma ſpecifica*, non autem in *forma communi*. Nonnullos etiam carpit, qui pro libito ipſis utebantur, & ad oſtendendam dumtaxat ipſorum Privilegiorum ſingularitatem. Quandoquidem pridie illius diei, quo

quo Episcopus Diœcesanus Ordinationes erat habiturus Clericorum, alium Episcopum consulto adibant ad illarum munus suscipiendum, moxque pristinum domicilium repetebant. Quod quidem se facere ajebant, ut jurium suorum indemnitati consulerent." Quod vero spectat, Pontifex concludit, ad eorumdem Privilegiorum usum, & exercitium monendi sunt ii, quibus eadem juxta præmissa pleno jure competere dignoscuntur, ut non sine justa causa, nec extra debitas circumstantias pro libito ipsis utantur, minime vero ad ostendendam dumtaxat ipsorum Privilegiorum singularitatem, quemadmodum aliquibus in more positum esse novimus, qui pridie illius diei, quæ ab Episcopo Diœcesano Clericorum Ordinationes publice habendæ sunt, ad alterius Episcopi Diœcesim consulto migrant, moxque suscepto ibidem Ordinationis munere, ad pristinum domicilium redunt, idque se facere ajunt, ut jurium suorum indemnitati consulant, quasi vero Apostolica Privile-

„ vilegia non nisi cum aperto Episcopi
„ Diœcesani contemptu, suam vim, &
„ robur habitura forent.

En germanus, obviusque totius paragraphi hactenus expositi sensus. Ille vero, quem nonnulli moderni excogitarunt, penitus a vero recedit. Quamobrem, quæ præfati Auctores de Privilegiis suscipiendi Ordines *extra Tempora* scripserunt, omnino rejicienda sunt. Hæc siquidem Privilegia de *extra Tempora* sive directe, sive per communicationem indulta, sive ante idem Tridentinum concessa, & posterius confirmata in sola *forma communi*, sive demum nullimode confirmata existant, Regularibus in præsens certo suffragantur, quemadmodum ante laudatam Constitutionem suffragabantur. Unde recte, meritoque asseruit P. Lucius Ferraris *art.* 2. *verb. Ordo num.* 12. innixus Concilio Romano *tit.* 5. *cap.* 2. acquiri posse per communicationem dicta Privilegia, nec non suffragari, quatenus ante Tridentinum concessa.

§. III.

§. III.

Præcedentes opiniones sigillatim improbatas simul reprobare pergo aliis momentis ex eadem Constitutione petitis.

Primum momentum.

Cum ex materia, qua de agitur in lege, nec non potissimum ex ejusdem fine, Legislatoris mens colligenda sit, propterea, ut eam Lector felicius assequi valeat, prius materiam Constitutionis, deinde finem illius subjiciam, oportet. Quod si constiterit, Privilegia de *extra Tempora* nec ad materiam, nec ad finem spectare, causa cadant Adversarii necessum est. Paucis itaque materiam expono.

§. I. *Sane.*

Vetus controversia proponitur, an scilicet Regulares *a quocumque* catholico Antistite indefinite ordinari possent, an vero id juris privative pertineret ad

Epis-

Episcopum illius Diœcesis, intra quam sita est Religiosa Domus, quam Regularis ad Ordines provomendus inhabitat. Et hæc controversia sublata dicitur.

§. II. *Verum*.

Privilegia suscipiendi Ordines *a quocumque* reducta sunt ad Juris communis, & Concilii Tridentini terminos a Gregorio XIII. Constit. *In tanta rerum* 1575., & a Pio V. Constit. *Etsi Mendicantium*.

§. III. *Contigit*.

De eadem quæstione iterum agitur sub Sixto Papa V., instante universo Ordine Prædicatorum. Qua de re constituit, Superiores Regulares posse Dimissorias concedere ad Episcopum Diœcesanum directas, atque absente, vel etiam præsente, & Ordinationem non tenente, ad quemcumque Episcopum.

§. IV.

§. IV. *Demum*.

Clemens VIII. ad hujusmodi controversias extinguendas Decretum edidit, in quo latius habentur quæ a relatis Prædecessoribus sancita sunt, quod Decretum ibi legi potest.

§. V. *Hoc emanato*.

Controversia nedum extincta per Clementinum Decretum non remansit, verum etiam iterum exorta est. Nam nonnulli Episcopi Ultramontani etiam Dimissorias originis Ordinariorum necessarias esse contendebant, e contra vero Regulares asserebant, Clementinum Decretum non derogasse ipsorum Privilegiis sive directe, sive per communicationem indultis suscipiendi Ordines *a quocumque* Episcopo, adeoque ab ejusdem Decreti observantia se arbitrabantur immunes.

§. VI. *Verum*.

Ad Episcopos quod attinet, statutum fuit, non posse jure prætendere Dimissorias Ordinariorum propriæ originis.

§. VII. *Quod vero*.

Quod autem ad Regulares pertinet, Innocentius XIII. ad effectum eosdem eximendi a Decreti Clementini observantia, definivit satis esse, quod Privilegium suscipiendi Ordines *a quocumque* concessum fuerit post Tridentinum directe, & nominatim, non autem per communicationem; non vero requiri, quod ante Clementinum Decretum fuerit indultum, ut Benedictus XIII. etiam confirmavit.

§. VIII. *Porro*.

Increpantur Transgressores ex legum ignorantia, & prava interpretatione. Refertur, quod ipsimet Pontifici tunc temporis in Archiepiscopatu Bononiensi resi-

residenti contigit &c., memorantur pœnæ, quas Transgressores incurrunt.

§. IX. *Nos autem*.

Absolvuntur Transgressores quoad præterita, & infrascriptarum legum observantia præcipitur.

§. X. *Quæcumque*.

Hac in re confirmantur Sanctiones a Prædecessoribus Pontificibus editæ sub pœnis statutis, & ab omnibus, ad quos spectat, seu quomodocumque in futurum spectabit, inviolabiliter observari jubetur. Pariter decernitur, Transgressores in omnes pœnas in præmissis contentas ipso facto, & absque alia declaratione incurrere, Superiores nimirum Regulares &c.

§. XI. *Præterea*.

Statuitur, & declarantur, quod Superiorum Regularium Dimissoriæ, quæ ideo

ad alium Episcopum directæ fuerint, propterea quod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, vel Ordinationem non sit habiturus, nullius sint roboris, & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica Attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Diœcesani, ex qua constet, vel ipsum a Diœcesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas Leges ad hunc effectum statuto.

§. XII. *Sic legitur.*

„ Quemadmodum vero eorum Ordi-
„ num Regularium Privilegia firma, &
„ rata esse volumus, quibus ab Aposto-
„ lica Sede reperitur indultum, ut eo-
„ rum Alumni a quolibet catholico An-
„ tistite ipsius Sedis gratiam, & com-
„ munionem habente ordinari valeant,
„ dummodo hujusmodi Privilegia post
„ Tridentinum Concilium, & ipsis Ordi-
„ nibus nominatim, atque directe, non
„ autem per communicationem concef-

sa

„ sa fuerint, ita porro omnia similia
„ Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante
„ præfatum Concilium Tridentinum ab
„ ipsa etiam Apostolica Sede, & sub
„ quibuscumque tenoribus, & formis in-
„ dulta sint, vel etiam post ipsum Con-
„ cilium non ipsis directe concessa, sed
„ per communicationem ad eos exten-
„ sa esse dicantur, iisdem auctoritate,
„ & tenore nulla, & irrita, omnique
„ vigore, ac robore ad effectum, de quo
„ agitur penitus destituta, & vacua esse
„ volumus, & statuimus. Decernentes
„ hujusmodi Privilegia nequaquam post
„ Concilium Tridentinum indulta cen-
„ seri, nisi vel post ipsius Concilii con-
„ firmationem reipsa fuerint concessa,
„ vel quatenus antea concessa, & po-
„ sterius confirmata esse asserantur, hu-
„ jusmodi confirmationes in *forma spe-*
„ *cifica* cum literali veteris indulti in-
„ sertione, ejusque expressa innovatio-
„ ne factæ dignoscantur; ac declarantes,
„ alterius generis confirmationes, quæ in
„ *forma communi* nuncupantur, nemini
„ ad præmissum effectum ullo pacto suf-
„ fragari. Ex

Ex hactenus allegatis constat, quod Privilegia suscipiendi Ordines *a quocumque* ad materiam, de qua agitur in præsenti Constitutione, pertinent, non autem Privilegia de *extra Tempora*, cum de his nullimode pertractetur. Unde apertum est, quod ex hoc capite intelligi nequeant revocata, nisi priora *a quocumque*.

Neque ex alio capite, nempe spectato Constitutionis fine, revocata censenda sunt Privilegia de *extra Tempora*. Nam duo fines in eadem comperiuntur: primus colligitur ex proemio, & est vigor Ecclesiasticæ Disciplinæ tuendus. *Impositi Nobis*, inquit Pontifex, *licet immerentibus Apostolici Ministerii ratio postulat, ut ad tuendum Ecclesiasticæ disciplinæ vigorem non modo novas interdum leges provide constituamus &c.;* sed hic finis appellatur generalis, & communis, adeoque cuilibet Constitutioni ad Disciplinam Ecclesiasticam spectanti competit: Pontifices enim in similibus Constitutionibus semper intendunt Ecclesiasticæ Disciplinæ tueri vigorem. Secundus finis parti-

cula-

cularis proximus, &, ut ajunt, specificus præsentis Constitutionis deducitur ex §. I., qui est introductio ad eamdem Constitutionem, ubi sic legitur: " Sane
„ quæ olim de Ordinationibus Regula-
„ rium controversia viguit, an scilicet
„ Regulares *a quocumque* catholico An-
„ tistite indistincte ordinari possent, an
„ vero id juris privative pertineret ad
„ Episcopum illius Diœcesis, intra quam
„ sita est religiosa Domus, quam Regu-
„ laris ad Ordines promovendus inha-
„ bitat, providis Romanorum Pontifi-
„ cum Prædecessorum nostrorum Con-
„ stitutionibus, & Declarationibus jam-
„ dudum sublata fuit &c. " Ex quibus verbis eruitur, quid sibi S. Pontifex proponat discutiendum, ac definiendum in sua Constitutione, nempe quoad Privilegia Regularium circa Ordinationes *a quocumque* catholico Antistite, quod quidem in universa Constitutione, quanta est, persequitur, ut ex aliis, quæ in paragraphis subsequentibus usque ad duodecimum habentur, dignoscitur, & ex quibus colligere aperte quisque valet, hujus-

finem in eum situm esse, ut Ordinationes Regularium non *a quocumque* Episcopo administrandæ sint, sed ab Episcopo illius Diœcesis, in qua Regulares promovendi domicilium habent. Jam vero ad hujusmodi finem adeo signanter a S. Pontifice consideratum, & intentum, non pertinere Privilegia de *extra Tempora*, nemo non videt. Quorsum ergo revocata dici possunt?

Regulares enim hujusmodi Privilegiis gaudentes nequaquam soluti sunt a debito suscipiendi Ordines a respectivo Episcopo Diœcesano, quemadmodum ab hujusmodi debito sunt exempti, qui Privilegiis *a quocumque* fruuntur: proinde hæc, non illa præfato fini opponuntur. Immo Privilegia de *extra Tempora* non solum eidem fini non adversantur, sed indirecte, & extensive ipsimet fini favere videntur; nam privativum Episcopi Diœcesani jus ordinandi Regulares sibi subditos vigore domicilii statutis a jure temporibus etiam extenditur ad eosdem ordinandos *extra Tempora* ipsorum vigore Privilegiorum, quæ extensio deficeret,

hujus-

hujusmodi Privilegiis deficientibus. Quapropter compertum est, quod sicuti Privilegia *a quocumque* sunt princeps Constitutionis materia, ita eadem, utpote laudato fini penitus contraria, merito revocantur, non autem ea de *extra Tempora*, propter eaquod nec ad materiam pertinentia Constitutionis, neque prædicto fini opposita, imo consona censeantur.

Secundum momentum.

„ Præterea volumus, *inquit Benedictus* §. XI., atque decernimus, ut Superiorum Regularium Dimissoriæ, quæ „ ideo ad alium Antistitem directæ fuerint, propter eaquod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, „ vel Ordinationem non sit habiturus, „ nullius sint roboris, & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica Attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi „ Diœcesani, ex qua constet vel ipsum „ a Diœcesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse pro-

„ ximo

„ ximo legitimo tempore per Ecclesia-
„ sticas Leges ad hunc effectum statuto.
„ Hoc enim expresse declarari opus est
„ ad excludendam nonnullorum arrogan-
„ tiam qui, quum Privilegio gaudeant
„ suscipiendi Ordines *extra Tempora*, exi-
„ stimarunt Episcopos ipsorum volun-
„ tati adeo addictos esse debere, ut si
„ quandocumque ipsis placuisset ad Or-
„ dines promoveri, non statim, ipso-
„ que die ab ipsis designato voti com-
„ potes fierent jam dici posset, Ordina-
„ tionem ab Episcopo non haberi, pro-
„ indeque alius Episcopus pro suscipi-
„ endis Ordinibus adeundus esset. Quod
„ si aliquis Antistes Regularem Virum
„ in sua Dioecesi proprium domicilium
„ non habentem solis ipsius Superioris
„ Dimissioralibus Literis contentus sine
„ adjuncta praefata attestatione in forma
„ probanti ad Ordines promovere prae-
„ sumpserit, decernimus, & declara-
„ mus, hunc ipso facto incurrere in poe-
„ nas Canonicas adversus eos constitu-
„ tas, qui alienum Subditum legitimis
„ Dimissoriis destitutum ordinaverint.

Tria

Tria ibi continentur. Primum, quod Superiorum Regularium Dimissoriæ ad alium Episcopum directæ, propterea quod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, aut Ordinationem non sit habiturus, nullæ sunt, nisi eis juncta sit authentica Attestatio, ut supra. Secundum, renuente, & nolente Episcopo Diœcesano Ordines *extra Tempora* alicui Regulari Viro conferre, nequaquam dici potest, quod Episcopus ipse Ordinationem non sit habiturus. Ut id enim verum habeat, requiritur, ut eandem habiturus non sit proximis statutis a jure temporibus. Tertium, in canonicas pœnas Episcopus extradiœcesanus ipso facto incurrit, si Virum Regularem præfata attestatione non munitum ordinare præsumpserit.

Ad hæc porro sancienda, simulque declaranda motus fuit fortasse ex eo, quod eidem Benedicto in Archiepiscopatu Bononiensi residenti contigit, & ipsemet refert *Instit.* 23. *num.* 6. his verbis:
„ Qualcheduno, dopo di aver ricevuto
„ da Noi nel tempo prefisso da' Cano-

„ ni

„ ni per la Sacra Ordinazione l' Ordine
„ del Diaconato, e qualche volta anco-
„ ra fuori del detto tempo, *in sequela*
„ *di preteso Privilegio della sua Religio-*
„ *ne*, ha fatto immediatamente l' istan-
„ za di voler ascendere al Sacerdozio,
„ ed essendogli stato risposto, che vi
„ voleva un poco di tempo, e che il
„ suo *preteso Privilegio* l' abilitava a ri-
„ cevere gli Ordini *extra Tempora*, non
„ astringeva il Vescovo a conferirglieli,
„ passò ad altra istanza, chiedendo al
„ nostro Cancelliere l' attestazione, che
„ non si tenevano da Noi Ordinazioni,
„ ed essendogli stato soggiunto, che non
„ si davano tali attestazioni, se non
„ quando non si facevano le Ordina-
„ zioni ne' tempi prescritti da' Sacri
„ Canoni, ebbe l' ardire di replicare,
„ che sarebbe andato altrove a farsi or-
„ dinare, ed avvisato a non farlo, ot-
„ tenne ciò non ostante dal suo Supe-
„ riore le Dimissorie, ed avendo rice-
„ vuto fuori di questa Diocesi il Sacer-
„ dozio, se n' è ritornato tutto allegro
„ in questa Città a celebrare la prima

„ Mes-

„ Messa, proseguendo nel suo Convento il domicilio, che prima dell' Ordinazione vi avea, restando involti nelle Pene Canoniche il Superiore Regolare, che gli ha date le Dimissorie, il Suddito, che ha ricevuto l'Ordine, e quel buon Vescovo, che gliel' ha conferito “. Unde, ne similia imposterum perpetrentur, satis superque per laudatam dispositionem provisum est; quin opus sit Privilegia de *extra Tempora* revocare.

Quin imo hujusmodi dispositio Privilegia supponit. In ea siquidem hæc leguntur. “ Hoc enim expresse declarari „ opus est ad excludendam nonnullorum „ arrogantiam, qui, cum Privilegio gaudeant suscipiendi Ordines *extra Tempora* &c. Hæc pariter ibidem notantur: *Episcopi non arctantur Privilegiis Regularium de Ordinibus suscipiendis* extra Tempora. Denique in Summario ejusdem hæc habentur. “ Privilegia recipiendi Ordines *extra Tempora* Regularibus indulta non arctant Episcopos „ Diœcesanos ad eos Ordinandos *extra*

„ *Tem-*

„ *Tempora*, vel dimittendos ad Ordina-
„ tionem alibi recipiendam". Privilegia igitur in suo robore persistunt. Intelligi enim non potest, quod vi careant Episcopos arctandi ad eorum usum, & exercitium, nisi ipsorum esse supponantur, quemadmodum aliqua lege arctari, vel non arctari nemo potest, nisi lex ipsa in suo vigore permaneat. Quia vero tum Privilegia, tum Regulares indistincte, & indefinite nominantur, aperte deducitur, quod omnia persistant, omnibusque Regularibus suffragentur. Quod autem spectat ad illa verba: *Qui, cum Privilegio gaudeant suscipiendi Ordines* extra Tempora &c., advertendum est, quod hujusmodi Privilegium Regularibus illis competit dumtaxat per communicationem, vigore Bullæ N. N., quam laudare prætermitto, ne Ordinis nomen palam fiat, quod ipsemet Pontifex tum ibidem, tum *cit. instit.* humaniter suppressit, quod ideo adverto, ut intelligant Adversarii, hujusmodi Privilegium vigere ipso Pontifice ajente: *cum Privilegio gaudeant suscipiendi Ordines* extra Tempora. Et

Et revera Episcopi, cum Viros Regulares ad Ordinationem *extra Tempora* admittunt, ab eorum nemine laudatum Privilegium exquirunt, eoquod certo sciant, illud omnibus suffragari, saltem per communicationem. Inter alios hanc servabat praxim perdoctus, & eruditus Diœcesis Dertonensis Antistes Josephus Aloysius de Andujar. Præsul hic amplissimus nihil omnino sollicitus de Privilegio, tum omnibus Regularibus in propria Diœcesi domicilium habentibus, tum in aliena commorantibus, supradicta tamen Attestatione munitis, Ordinationem *extra Tempora* administrare summa charitate, atque humanitate consueverat. In conspectu tanti Viri praxis in Apostolicarum Constitutionum intelligentia peritissimi adversa interpretamenta penitus evanescunt.

Postremum momentum.

Revocatis §. XII. Privilegiis *a quocumque*, sic pergit Benedictus §. XIII. „ Denique tam Venerabiles Fratres, Pa-

„ triarchas, Archiepiſcopos, & Epiſco„ pos, quam dilectos Filios omnium Re„ gularium Ordinum Profeſſores, quam „ maximo poſſumus Apoſtolicæ volun„ tatis ſtudio, per miſericordiam Dei „ noſtri, & per charitatem Sancti Spi„ ritus hortamur in Domino, & obte„ ſtamur, ut tam in hoc negotio, quam „ in ceteris omnibus ſolliciti ſint uni„ tatem ſpiritus, & ſinceræ dilectionis „ concordiam ſervare ". Deinde ad hunc effectum in memoriam revocat, tum Epiſcopis, tum Regularibus documenta tradita ab Oecumenica Synodo Lateranenſi ſub Leone X. habita, quæ ibidem legi poſſunt. Poſtea ſic inquit §. XIV. „ Hæc profecto chriſtianæ ve„ ritatis, & charitatis documenta, cum „ utrimque ſervata fuerint omnibus in „ rebus, adeoque in hac etiam Ordina„ tionum materia, importunæ partium „ querelæ penitus conticeſcent. Neque „ enim Regulares conqueri poterunt, „ quod recuſantibus Epiſcopis Sacram „ Ordinationem adminiſtrare, præter„ quam in temporibus ab Eccleſia ſta-

„ tu-

„ tutis, eorum Privilegia de Ordinibus „ *extra Tempora* ſuſcipiendis effectu va„ cua remaneant: Epiſcopi enim alios „ etiam opportunos dies ordinandis Re„ gularibus facile invenient. Epiſcopo„ rum autem ceſſabunt querelæ, quod „ Superiores Regulares ad eludendam „ decreti Clementini obſervantiam, ad„ venientibus Ordinationum temporibus „ ſubditos ſuos domicilio moveant, „ eoſdemque ſtatim poſt ſuſceptos Or„ dines, falſis de cauſis ad priſtinum „ Monaſterium reverti jubeant". Ex his profecto colligitur motivum, propter quod Epiſcopi Ordines *extra Tempora* Regularibus impertiri recuſabant, nec non eorum Privilegia vacua remanebant effectu. Epiſcopi ſiquidem non ignorabant, hujuſmodi Privilegiis Regulares omnes gaudere, ſed dumtaxat ægre ferebant, quod in fraudem Clementini Decreti Extradiœceſanos adirent Epiſcopos ad Ordinationem ſtatutis a jure temporibus ſuſcipiendam. Igitur ſi Regulares præfato Decreto parere ſtuduerint, nedum ceſſabunt Epiſcoporum

 que-

querelæ, verum etiam eorum Privilegia de *extra Tempora* effectu vacua minime remanebunt, *quia*, ut inquit Benedictus, *Episcopi alios etiam opportunos dies ordinandis Regularibus facile invenient*.

Jam vero sic urgentur Adversarii: dudum ante Constitutionem *Impositi Nobis* Regulares conquerebantur, quod eorum Privilegia de Ordinibus *extra Tempora* suscipiendis effectu vacua remanerent, propterea quod ab Episcopis solum statutis a jure temporibus ad Ordines promoverentur. Nunc vero, inquit Benedictus: Regulares conqueri non poterunt, quod eorum Privilegia effectu vacua remaneant; *Episcopi enim*, subdit, *alios etiam opportunos dies*, præter scilicet statutos ab Ecclesia, *ordinandis Regularibus facile invenient*. Privilegia ergo, quæ nunc vacua non remanebunt effectu, ipsamet sunt, quæ ante Constitutionem eodem vacua remanebant. Porro, si ante Constitutionem suo in robore persistebant, etiam post ipsam in eodem persistant oportet.

tet. Quemadmodum vero omnia hæc Privilegia sive directe, sive per communicationem, tam ante, quam post Tridentinum concessa in suo robore persistebant ante Constitutionem, ut *Cap. IV.*, & *V.* demonstratum est, ita etiam post ipsam persistunt, ut aperte innuit ipsemet Benedictus laudatis verbis: *Episcopi enim alios etiam opportunos dies ordinandis Regularibus facile invenient.*

Itaque, ut ultima primis respondeant, relicta Adversariorum sententia tamquam penitus falsa, certissime tenendum est, quod Privilegia suscipiendi Ordines *extra Tempora* sive directe, sive per communicationem, tam ante, quam post Tridentinum Regularibus Ordinibus indulta, nullimode revocata a S. M. Benedicto XIV. censeri debent Constit. *Impositi Nobis*; proindeque omnibus Regularibus in præsens suffragantur. Unde per illam: *sola Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque*, independenter ab Episcopo Diœcesano revocantur, ut §. XII. statutum legitur.

Ceterum, si, quæ adduxi momenta, Lectori non arrident (quod intellectui bene dispoſito contingere neutiquam poterit) in memoriam revocet velim communiſſimam Auctorum ſententiam aſſerentem, quod duabus opinionibus probabilibus concertantibus, quarum una tuetur Privilegii revocationem, ſuſtinet altera Privilegii ſubſiſtentiam, ea ſemper amplectenda eſt, quæ Privilegio favet; quod præſertim habet locum, cum de Regularium agitur Privilegiis. Sic Pellizarius *num.* 139., Miranda *tom.* 1. *q.* 44. *art.* 1. *concl.* 2., Portel. *verb* Privilegio *num.* 76., Bordon. *tom.* 2. *reſol.* 9. *num.* 49., Baſſeus *Privileg.* 6 *num.* 2., Joan. a Cruce *lib.* 2. *cap.* 2 *concluſ.* 3. §. 1., Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 6. *q.* 6., & *diſp.* 18. *q.* 6. *n.* 6., Rodrig. *tom.* 2. *q.* 63. *art.* 7., Bruno *tract.* 1. *cap.* 4. *prop.* 2., Petrus ab Angelis in Speculo Privileg. *diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 1. & 7., Lezana *tom.* 4. *verb.* Privileg. *num.* 3., quos laudant Salmaticenſes *tom.* 4. *tract.* 18. de Privilegiis *cap.* 1. *num.* 74. Meminerit inſuper quod ait Stephanus Gra-

tia-

tianus *tom.* 4. *discept. forens. cap.* 791. *num.* 11., ubi pro se allegat Rotam Romanam *decis.* 193. *num.* 5., *&* 6. *part.* 2., *&* *decis.* 408. *num.* 1. *cum seqq. part.* 1., Menochium de Præsump. 39. *num.* 7. *lib.* 6., Parisium *cons.* 62. *in fine lib.* 2. „ Donec non constet de Privilegii revocatione, nihil est innovandum, & „ ad illam probandam exactissima probatio requiritur". Et judicet, an his proprietatibus, aut probabilitate gaudeat opinio, quæ Privilegiis, quibus de agimus, adversatur, ut denique de caussa in quæstione ferat judicium.

RESPONSIO

P. Lucii Ferraris ad Auctorem
addit. ex aliena manu.

QUoniam in Præfatione dixi, me daturum verba Lucii Ferraris, quæ in defensionem Privilegiorum de *extra Tempora* leguntur in ipsius *prompta Bibliotheca* novissime edita, & aucta responsionibus ad eundem Auctorem additio-

tionum ex aliena manu, & ad notas alterius Auctoris, ea idcirco subiicio, prout jacent verb. Votum pag. 330.

Nec dictum Privilegium, inquit, suscipiendi Ordines *extra Tempora* adimit Regularibus Benedictus XIV. in sua Constitutione *Impositi Nobis*, imo tale Privilegium Regulares habere, aperte innuit in paragrapho *Hæc profecto* expresse dicens. " Neque enim Regulares ,, conqueri poterunt, quod recusantibus ,, Episcopis sacram Ordinationem ad- ,, ministrare, præterquam in tempori- ,, bus ab Ecclesia statutis, eorum Pri- ,, vilegia de Ordinibus *extra Tempora* ,, suscipiendis effectu vacua remaneant. ,, Episcopi enim alios etiam opportu- ,, nos dies ordinandis Regularibus fa- ,, cile invenient". Quid clarius, nisi torqueantur, & perperam interpretentur dicta verba Pontificis? Vult quidem laudatus Pontifex, quod Regulares dependeant, ut par est, a propriis Diœcesanis Ordinariis pro suscipiendis Ordinibus, & ipsis absentibus, vel non volentibus, aut renuentibus sacram Or-

di-

dinationem *extra Tempora* ipsis administrare, vel si Ordinationem in temporibus ab Ecclesia statutis non sint ipsi habituri, nequeant Regulares ab extra Diœcesanis Episcopis ordinari, nisi secum attulerint authenticam attestationem Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii, aut seipsum a Diœcesis abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas Leges ad hunc effectum statuto. Ceterum per omnia super adducta, & signanter per dicta expressa verba ejusdem Benedicti XIV., & per Constitution. *Pretiosus*, & *summe decet*, aliasque Benedicti XIII. non revocatas quoad hoc a Clemente XII. in sua Constitutione *Romanus Pontifex*, juxta supra allatam declarationem Sacræ Congregationis, viget in Regularibus Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora*, & extra ipsa possunt proprii Diœcesani Episcopi eos licite, ac tute ordinare. Sic servant plurimi Episcopi, pietate, virtute, & intelligentia Apostolicarum Constitutionum

conſpicui, Regulares omnes ſuæ reſpectivæ Diœceſis ſine alio, & alios aliarum Diœceſum cum ſupradicta atteſtatione ſine ullo ſcrupulo in dies ordinando, & in traditis de adminiſtrata Ordinatione documentis apponendo, eos Regulares ſic *extra Tempora* ordinaſſe vigore ſuorum Privilegiorum, ut plurima ſimilia documenta egomet ipſe vidi, & alii alia videre de recenti &c. Hactenus Lucius Ferraris.

Animadverſio.

Authentica Atteſtatio, de qua §. xi., neceſſaria requiritur pro recipiendis Ordinibus ab alio Epiſcopo ſtatutis ab Eccleſia temporibus, cum Superiorum Regularium Dimiſſoriæ, ideo ad alium Epiſcopum directæ ſunt, propterea quod Epiſcopus Diœceſanus extra Diœceſim commoretur, vel Ordinationem habiturus non ſit proximo legitimo tempore, ab Eccleſia ad hunc effectum, ſtatuto. Si vero in Superiorum Regularium Dimiſſoriis, ad alium Epiſcopum dire-

directis pro Ordinibus *extra Tempora* recipiendis, neutra ex supradictis caussis, sed alia, quæcumque sit, exprimatur, prædicta non requiritur Atteſtatio, ſed ſufficit Epiſcopi Diœceſani licentia alium adeundi Epiſcopum; quæ in ſcriptis obtineri, & Dimiſſoriis jungi debet. Sic enim tum Epiſcoporum Diœceſanorum privativum jus ordinandi Regulares ratione domicilii ſubditos, tum Conſtitutionis finis in tuto collocatur, quinimo, cum citato §. præfata Atteſtatio quoad Ordines *extra Tempora* ſuſcipiendos ab alio Epiſcopo, nec præcipiatur, nec prohibeatur, ſed ab ea praſcindatur, Pontificis menti conformior eſſe videtur hujuſmodi licentia, ut colligi poteſt ex ſupra laudata Iſtitutione 23. ubi dicitur .... " Che non ſi davano
„ tali Atteſtazioni, ſe non quando non
„ ſi facevano le Ordinazioni ne' tempi
„ preſcritti da' ſacri Canoni ". Nec obſtat, quod eodem §. XI. legatur .... „
„ Quod ſi aliquis Antiſtes Regularem
„ Virum in ſua Diœceſi proprium do-
„ micilium non habentem, ſolis ipſius
„ Su-

„ Superioris dimiſſorialibus Literis con-
„ tentus, ſine adjuncta præſata Atteſta-
„ tione in forma probanti ad Ordines
„ promovere præſumpſerit, decerni-
„ mus, & declaramus hunc ipſo facto
„ incurrere in pœnas canonicas adver-
„ ſus eos conſtitutas, qui alienum Sub-
„ ditum legitimis Dimiſſoriis deſtitu-
„ tum ordinaverint". Hæc enim dumtaxat locum habent cum aliquis Antiſtes Virum Regularem ordinare præſumpſerit temporibus a jure ſtatutis, ſive etiam *extra Tempora* dicta Atteſtatione non munitum, quando una ex præfatis cauſis, nempe vel quod Epiſcopus Diœceſanus a Diœceſi abſit, vel Ordinationes non ſit habiturus proximo legitimo tempore ab Eccleſia ſtatuto, in Superiorum Dimiſſoriis exprimitur; nequaquam vero quando in eiſdem Epiſcopi Diœceſani licentia memoratur. Nec ſunt mea, quæ protuli ſenſa, ceterum, dummodo Privilegium de *extra Tempora* effectu vacuum non remaneat, cuicumque Epiſcoporum praxi neutiquam contradico.

AP-

APPENDIX

De Privilegiis non ſervandi Interſtitia a Concilio Tridentino præſcripta.

POſtquam egimus de Privilegiis ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora*, eademque perſiſtere ſuo in robore demonſtravimus etiam poſt Benedicti XIV. Conſtitutionem *Impoſiti Nobis*, inſtituamus oportet tractationem de Privilegiis exemptionis ab Interſtitiis, tum ut de his authentice conſtet, tum ut nonnulla dilucidentur conſectaria, quæ licet ex iiſdem ſua ſponte proficiſcantur adhuc ſub lite ſunt apud non paucos Auctores, vel non ſatis collocata ſuo in lumine reperiri videntur. Quamobrem a referendis nonnullis Regularium Ordinibus hujuſmodi Privilegia habentibus, quos mihi licuit in Bullario reperire, orſum facio.

CA-

CAPUT I.

Regularium Ordines, qui Privilegio gaudent Interstitia non servandi, tam ante, quam post Concilium Tridentinum referuntur.

FRatres Ordinis Prædicatorum hujusmodi Privilegio ante Tridentinum Concilium donati sunt a Sixto IV. Const. *Regimini universalis Ecclesiæ*, Kal. Sept. 1474. Hujus Const., aliarumque adducendarum verba legi possunt cap. 1. Dissert.

Fratres Minores Const. *Regimini universalis* pridie Kal. Sept. 1474.

Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli Constit. *Dum attenta*, 4. Kal. Decembris 1467.

Fratres Eremitæ Ordinis Sancti Augustini Constit. *Dum fructus uberes*, 7. idus Februarii 1474.

Canonici Regulares Lateran. Const. *Dudum ad universos*, 23. Aug. 1476.

Fratres Eremitæ Congregationis Beati Pe-

Petri de Pisis Constit. *Sedis Apostolicæ*, 1. Februarii 1476.

Minimi S. Francisci de Paula a Julio II. Constit. *Virtute conspicuos*, 17. Septembris 1506.

Fratres Eremitæ Congregationis Sancti Romualdi Ordinis Camaldulensis a Paulo III. Constit. *Rationi congruit*, 13. Novembris 1534.

Fratres Sancti Joannis Hierosolymitani a Pio IV. Constit. *Circumspecta*, 1. Julii 1560.

Ordo Sancti Hieronymi ab Alexandro VI., ut habetur in Compendio Mendicantium tit. *Ordines sacri*.

Ordo Sancti Benedicti ab Eugenio IV. cit. Compend. §. 8. Hactenus relati laudato gaudent privilegio directe, exceptis Fratribus Eremitis Ordinis Sancti Augustini, qui eodem fruuntur dumtaxat per communicationem; post Tridentinum autem illud directe concessum est sequentibus.

Clericis Regularibus Ministrantibus Infirmis a Gregorio XIV. Constit. *Illius, qui pro Gregis*, 1. Octobris 1591.

Con-

Congregationi Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia a Clemente VIII. in Brevi *Propensa Nostra*, 23. Novembris 1596.

Capellanis expresse Professis in Ordine Hierosolymitano a Benedicto XIV. Constit. *Inter illustria*, 12. Martii 1753. Verba hujusce Privilegii concessiva vide cap. 2. Dissert.

Regularium Ordines autem, qui eodem Privilegio gaudent per communicationem tam ante, quam post Tridentinum retuli cap. 3. Dissert. Paucis tamen dico, quod, quemadmodum omnes Regulares habent Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora* vel directe, & nominatim, vel per viam communicationis, ita etiam, eodemque modo Privilegio fruuntur de Interstitiis non servandis. Neque enim Privilegium hoc quatenus ante Tridentinum concessum, censetur revocatum, quandoquidem ut illud de *extra Tempora* non fuisse revocatum declaravere tum particularis Congregatio cap. 4. relata, tum Concilium Romanum, tum demum Benedicti XIII.

Con-

Constitutiones *Summe decet*, *Pretiosus*, & *Libenter*, sic implicite declararunt non fuisse abrogatum Privilegium de Interstitiis. Siquidem cum eadem de utroque Privilegio ratio militet, eadem declarationis dispositio militet oportet. Privilegium insuper de *extra Tempora* pluris faciendum est Privilegio de Interstitiis. His enim non servatis ad Ordines sacros promoveri, vel promovere, nulla incurritur suspensio, tum a promotis, tum a promoventibus, ut communiter docent Auctores: a promotis vero *extra Tempora*, præciso Privilegio, vel dispensatione incurritur suspensio lata a Pio II. Constit. *Cum ex sacrorum*, innovata a Clemente VIII., de qua Avila *de Censuris* parte 3. disp. 5. dub. 7., *Suarez* tom. 5. disp. 31. num 30. Si primum igitur Privilegium subsistit, cur non alterum? Demum revocatum non est Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora* tribus Dominicis continuis, vel festivis interpolatis diebus, sed solum eodem die, inquit Tridentinum sess. 23. cap. 13. " Duo sacri Ordines,

„ non

„ non eodem die etiam Regularibus con-
„ ferantur, Privilegiis, ac Indultis qui-
„ busvis concessis non obstantibus qui-
„ buscumque." Revocatum igitur non est Privilegium Interstitia non servandi, quod in illo continetur.

CAPUT II.

Si quod judicium ferendum est de caussa necessitatis, aut utilitatis Ecclesiæ, propter quam ad Ordines sacros, Interstitiis non servatis, promoveri quispiam potest, hoc ad Episcopos non spectat, quoad Regulares.

Quamquam hujusmodi caussæ judicium ad Episcopos pertinere videatur, quod Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 2. de Reform. indiscriminatim de volentibus ad Subdiaconatum ascendere sic loquatur: *Hi vero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promoveantur, nisi neces-*

si-

ſtas, *aut Eccleſiæ utilitas judicio Epiſcopi aliud expoſcat*, & ſeſs. cit. cap. 13. de promovendis ad Diaconatum: *Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem*, *ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati*, *ad altiorem Ordinem*, *niſi aliud Epiſcopo videatur*, *aſcendere non permittantur*. Tandem cap. 14. de Presbyteris initiandis: *Hi ſint*, *qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum*, *niſi ad Eccleſiæ utilitatem*, *ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur*, *miniſtraverint*. Attamen Sacra Congregatio ejuſdem Concilii interpres contrarium definivit die 7. Septembris 1594. his verbis. " Superiores Regulares non poſſe „ diſpenſare ſuper Interſtitiis Regula„ rium Ordinandorum; ſed id perti„ nere ad Epiſcopum Ordinantem, qui „ tamen, *quoad cauſſam diſpenſationis* „ judicium formare debet ex Atteſtatio„ ne Superiorum Regularium". Id ipſum prius reſolverat eadem Sacra Congregatio in Aquen. de anno 1589. relata a Romualdo Honorante *laudata praxi Secretariæ Tribunalis* pag. 121. Ra-

 tio

tio autem, cur Episcopi se conformare debeant cum Superiorum Regularium Attestatione assignatur a Barbosa *part. 2. de officio, & potest. Episcopi*. Alleg. 18. num. 10., quia scilicet ad eosdem spectat Superiores providere, & judicare quoad suarum Ecclesiarum utilitatem, aut necessitatem. Unde Concilium Tridentinum laudatis in locis Episcopo quidem concedit prædictam examinare causam, atque de eadem judicium ferre, quoad suos Clericos Seculares ad altiorem Ordinem promovendos, cum ad ipsum spectet suis Ecclesiis providere, nequaquam vero quoad Clericos Regulares.

Quod si hæc vera sunt nullo spectato de Interstitiis non servandis Privilegio, eo magis vera erunt eodem suffragante, præsertim post Tridentinum concesso. Ad rem tamen invicte comprobandam satis erit referre quæ habet Benedictus XIV. de Synodo Diœcesana lib. 9. cap. 16. pag. mihi 336., num. 6. " Episcopus Midensis in sua Consti-
" tutione Synodali octava expresse de-

nun-

„ nuntiaverat, se nulli sive Secularium,
„ sive Regularium Ordines collaturum,
„ qui non servasset temporum Intersti-
„ tia a Concilio Tridentino præscripta,
„ a quibus an quempiam absolvendum
„ Ecclesiæ necessitas, aut utilitas expo-
„ sceret, id non a Prælato Regulari,
„ *sed ad se fore dijudicandum edixerat*.
„ Hæc Constitutio inixa videbatur Tri-
„ dentino sess. 23. cap. 2., & 13. *de*
„ *Reform.*, quibus in locis soli Episco-
„ po permittitur caussam examinare,
„ propter quam sit aliquis, citius quam
„ jura requirant, ad altiorem Ordinem
„ promovendis. Fulciri insuper vide-
„ batur plurimis decisionibus Sacræ Con-
„ gregationis Concilii, quæ sæpius cen-
„ suit a sacra Tridentina Synodo soli
„ Episcopo Ordines collaturo, nequa-
„ quam autem Prælato Regulari, Lite-
„ ras dimissoriales concedenti suo Sub-
„ dito Regulari facultatem fieri hunc
„ ex justa caussa ab Interstitiorum lege
„ eximendi. Ita quippe ad eandem resf.
„ ponsum comperimus in *Nullius* 31.
„ Jun. 1597. *lib.* 9. *Decretorum pag.* 15.

„ *in Aquen. mense* Julii 1589. lib. 9.
„ *Decretor.* pag. 18., & in N. N. 12.
„ Septembris 1609. lib. 11. *Decretor.* pag.
„ 65. Attamen, quia Sedes Apostolica
„ post Tridentinum nonnullis Regula-
„ rium Ordinum institutis Privilegium
„ concessit exemptionis ab Interstitiis,
„ idcirco Sacra Congregatio prædicta die
„ 24. Augusti 1686. rescripsit hanc Con-
„ stitutionem Synodalem Midensem *es-*
„ *se reformandam quoad eos Regulares,*
„ *qui habent Privilegium concessum post*
„ *Tridentinum*, ideſt declaravit Episco-
pum Midensem non gaudere facultate quoad Regulares eosdem examinandi prædictam caussam, ac de ea ferendi judicium, nec non ab Interstitiis dispensandi. Quæ sane declaratio rationi consonat. Hujusmodi siquidem facultates Episcopo conceduntur a Tridentina Lege. Privilegium autem ab ea penitus dispensat. A facultatibus ergo ejusdem Legis vigore concessis simul dispensat.

CA-

CAPUT III.

Episcopis non competit facultas dispensandi in Interstitiorum Lege Regulares, Privilegio eadem non servandi donatos.

AUctores non pauci Tridentino innixi Concilio sess. 23. cap. 11., & 13. de Reform., nec non Sacræ Congregationis Decretis cap. 2. relatis, hujusmodi facultate pollere Episcopos tuentur, ut Barbosa part. 2. de offic., & potest. Episcopi alleg. 18. num. 10., ubi plurimos citat, quos inter Marchinum de Sacram. Ordinis part. 7. cap. 2. num. 2., Fr. Emanuelem quæst. Regular. tom. 3. quæst. 27. art. 3., Hieronymum Rodericum in Compend. resolut. 106. num. 20. Idipsum sustinet Anacletus tom. 1. lib. 1. Decretal. tit. 11. num. 158., Laurentius de Portel. in dub. Regular. verb. *Ordines sacri* num. 4., Eminentissimus Lambertinus Instit. 23. num. 1. additionis Venetæ

de anno 1749., nec non alii moderni Scriptores.

Contrarium defendunt multi non infimæ notæ, ut eximius P. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 12. num. 21., Diana part. 3. tract. 2. resolut. 32. & 112., & part. 4. tract. 4. resolut. 209., Villalobos tract. 21. difficul. 22. num. 8., Cassianus Carmelita Excalceatus tom. 4. verb. *Interstitia* pag. 285. num. 10., Salmaticenses, qui pariter Carmelitæ sunt Excalceati Congregationis Hispaniæ tom. 2. tract. 8. de Ordine cap. 4. num. 88.

Verum utriusque opinionis Auctores inter se conciliari facile possunt. Primi enim Episcopis tribuunt facultatem prædictam solum vigore Concilii Tridentini, nulloque Regularibus Privilegio exemptionis ab Interstitiis suffragante; alteri vero Episcopis illam inficiantur propter Privilegium iisdem concessum de Interstitiis minime servandis. Hinc ad supra relatas, aliasque a Doctoribus passim adductas Sacræ Congregationis decisiones contrarias respondent,

dent, eos dumtaxat habere locum, si Tridentinum spectatur Concilium, omnique excluso Privilegio.

Quod autem juxta explicatum sensum sumendi sint prioris opinionis patroni, ostenditur incipiendo a Barbosa Hic quidem Auctor cit. num. 10. asserit, " quod dispensatio hæc Interstitiorum pertinet ad Episcopum etiam respectu Religiosorum, cum quibus dispensare potest ex caussa sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis Regularibus in hoc casu dispensare... Quia Concilium Tridentinum hanc dispensationem judicio, & arbitrio Episcopi semper relinquit ". Sed n. 2. statim subdit: " est tamen hic valde observandum, Regulares ex Privilegio concesso a Gregorio XIII. Societati Jesu, & ex alio concesso a Clemente VIII. die 23. Novembris 1596. (quod videri potest cap. 2. dissert.) Congregationi S. Joannis Evangelistæ in Portugallia, posse ordinari non servatis Interstitiis, etiam ad Ordinem Presbyteratus, etiam absque

Congregationi Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia a Clemente VIII. in Brevi *Propensa Nostra*, 23. Novembris 1596.

Capellanis expresse Professis in Ordine Hierosolymitano a Benedicto XIV. Constit. *Inter illustria*, 12. Martii 1753. Verba hujusce Privilegii concessiva vide cap. 2. Differt.

Regularium Ordines autem, qui eodem Privilegio gaudent per communicationem tam ante, quam post Tridentinum retuli cap. 3. Differt. Paucis tamen dico, quod, quemadmodum omnes Regulares habent Privilegium suscipiendi Ordines *extra Tempora* vel directe, & nominatim, vel per viam communicationis, ita etiam, eodemque modo Privilegio fruuntur de Interstitiis non servandis. Neque enim Privilegium hoc quatenus ante Tridentinum concessum, censetur revocatum, quandoquidem ut illud de *extra Tempora* non fuisse revocatum declaravere tum particularis Congregatio cap. 4. relata, tum Concilium Romanum, tum demum Benedicti XIII.

Con-

Conſtitutiones *Summe decet*, *Pretioſus*, & *Libenter*, ſic implicite declararunt non fuiſſe abrogatum Privilegium de Interſtitiis. Siquidem cum eadem de utroque Privilegio ratio militet, eadem declarationis diſpoſitio militet oportet. Privilegium inſuper de *extra Tempora* pluris faciendum eſt Privilegio de Interſtitiis. His enim non ſervatis ad Ordines ſacros promoveri, vel promovere, nulla incurritur ſuſpenſio, tum a promotis, tum a promoventibus, ut communiter docent Auctores: a promotis vero *extra Tempora*, præciſo Privilegio, vel diſpenſatione incurritur ſuſpenſio lata a Pio II. Conſtit. *Cum ex ſacrorum*, innovata a Clemente VIII., de qua Avila *de Cenſuris* parte 3. diſp. 5. dub. 7., *Suarez* tom. 5. diſp. 31. num 30. Si primum igitur Privilegium ſubſiſtit, cur non alterum? Demum revocatum non eſt Privilegium ſuſcipiendi Ordines *extra Tempora* tribus Dominicis continuis, vel feſtivis interpolatis diebus, ſed ſolum eodem die, inquit Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 13. " Duo ſacri Ordines,

„ non

„ non eodem die etiam Regularibus conferantur, Privilegiis, ac Indultis quibusvis concessis non obstantibus quibuscumque." Revocatum igitur non est Privilegium Interstitia non servandi, quod in illo continetur.

CAPUT II.

Si quod judicium ferendum est de caussa necessitatis, aut utilitatis Ecclesiæ, propter quam ad Ordines sacros, Interstitiis non servatis, promoveri quispiam potest, hoc ad Episcopos non spectat, quoad Regulares.

QUamquam hujusmodi caussæ judicium ad Episcopos pertinere videatur, quod Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 2. de Reform. indiscriminatim de volentibus ad Subdiaconatum ascendere sic loquatur: *Hi vero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promoveantur, nisi necessi-*

ſitas, *aut Eccleſiæ utilitas judicio Epiſcopi aliud expoſcat*, & ſeſs. cit. cap. 13. de promovendis ad Diaconatum: *Promoti ad ſacrum Subdiaçonatus Ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem Ordinem, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur*. Tandem cap. 14. de Presbyteris initiandis: *Hi ſint*, *qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum*, *niſi ad Eccleſiæ utilitatem*, *ac neçeſſitatem aliud Epiſcopo videretur*, *miniſtraverint*. Attamen Sacra Congregatio ejuſdem Concilii interpres contrarium definivit die 7. Septembris 1594. his verbis. " Superiores Regulares non poſſe
„ diſpenſare ſuper Interſtitiis Regula-
„ rium Ordinandorum; ſed id perti-
„ nere ad Epiſcopum Ordinantem, qui
„ tamen, *quoad cauſſam diſpenſationis*
„ judicium formare debet ex Atteſtatio-
„ ne Superiorum Regularium ". Id ipſum prius reſolverat eadem Sacra Congregatio in Aquen. de anno 1589. relata a Romualdo Honorante *laudata praxi Secretariæ Tribunalis* pag. 121. Ra-

 tio

tio autem, cur Episcopi se conformare debeant cum Superiorum Regularium Attestatione assignatur a Barbosa *part.* 2. *de officio*, *& potest. Episcopi*. Alleg. 18. num. 10., quia scilicet ad eosdem spectat Superiores providere, & judicare quoad suarum Ecclesiarum utilitatem, aut necessitatem. Unde Concilium Tridentinum laudatis in locis Episcopo quidem concedit prædictam examinare causam, atque de eadem judicium ferre, quoad suos Clericos Seculares ad altiorem Ordinem promovendos, cum ad ipsum spectet suis Ecclesiis providere, nequaquam vero quoad Clericos Regulares.

Quod si hæc vera sunt nullo spectato de Interstitiis non servandis Privilegio, eo magis vera erunt eodem suffragante, præsertim post Tridentinum concesso. Ad rem tamen invicte comprobandam satis erit referre quæ habet Benedictus XIV. de Synodo Diœcesana lib. 9. cap. 16. pag. mihi 336., num. 6. " Episcopus Midensis in sua Consti-
" tutione Synodali octava expresse de-

„ nuntiaverat, se nulli five Secularium,
„ sive Regularium Ordines collaturum,
„ qui non servasset temporum Intersti-
„ tia a Concilio Tridentino præscripta,
„ a quibus an quempiam absolvendum
„ Ecclesiæ necessitas, aut utilitas expo-
„ sceret, id non a Prælato Regulari,
„ *sed ad se fore dijudicandum edixerat*.
„ Hæc Constitutio inixa videbatur Tri-
„ dentino sess. 23. cap. 2., & 13. *de*
„ *Reform.*, quibus in locis soli Episco-
„ po permittitur caussam examinare,
„ propter quam sit aliquis, citius quam
„ jura requirant, ad altiorem Ordinem
„ promovendis. Fulciri insuper vide-
„ batur plurimis decisionibus Sacræ Con-
„ gregationis Concilii, quæ sæpius cen-
„ suit a sacra Tridentina Synodo soli
„ Episcopo Ordines collaturo, nequa-
„ quam autem Prælato Regulari, Lite-
„ ras dimissoriales concedenti suo Sub-
„ dito Regulari facultatem fieri hunc
„ ex justa caussa ab Interstitiorum lege
„ eximendi. Ita quippe ad eandem resf.
„ ponsum comperimus in *Nullius* 31.
„ Jun. 1597. *lib.* 9. *Decretorum pag.* 15.

 in

„ *in Aquen. menſe* Julii 1589. lib. 9.
„ *Decretor.* pag. 18., & in N. N. 12.
„ Septembris 1609. lib. 11. *Decretor.* pag.
„ 65. Attamen, quia Sedes Apoſtolica
„ poſt Tridentinum nonnullis Regula-
„ rium Ordinum inſtitutis Privilegium
„ conceſſit exemptionis ab Interſtitiis,
„ idcirco Sacra Congregatio prædicta die
„ 24. Auguſti 1686. reſcripſit hanc Con-
„ ſtitutionem Synodalem Midenſem *eſ-*
„ *ſe reformandam quoad eos Regulares,*
„ *qui habent Privilegium conceſſum poſt*
„ *Tridentinum*, ideſt declaravit Epiſco-
pum Midenſem non gaudere facultate
quoad Regulares eoſdem examinandi
prædictam cauſſam, ac de ea ferendi
judicium, nec non ab Interſtitiis diſpen-
ſandi. Quæ ſane declaratio rationi con-
ſonat. Hujuſmodi ſiquidem facultates
Epiſcopo conceduntur a Tridentina Le-
ge. Privilegium autem ab ea penitus
diſpenſat. A facultatibus ergo ejuſdem
Legis vigore conceſſis ſimul diſpenſat.

CA-

CAPUT III.

Episcopis non competit facultas dispensandi in Interstitiorum Lege Regulares, Privilegio eadem non servandi donatos.

AUctores non pauci Tridentino innixi Concilio sess. 23. cap. 11., & 13. de Reform., nec non Sacræ Congregationis Decretis cap. 2. relatis, hujusmodi facultate pollere Episcopos tuentur, ut Barbosa part. 2. de offic., & potest. Episcopi alleg. 18. num. 10., ubi plurimos citat, quos inter Marchinum de Sacram. Ordinis part. 7. cap. 2. num. 2., Fr. Emanuelem quæst. Regular. tom. 3. quæst. 27. art. 3., Hieronymum Rodericum in Compend. resolut. 106. num. 20. Idipsum sustinet Anacletus tom. 1. lib. 1. Decretal. tit. 11. num. 158., Laurentius de Portel. in dub. Regular. verb. *Ordines sacri* num. 4., Eminentissimus Lambertinus Instit. 23. num. 1. additionis Venetæ

 de

de anno 1749., nec non alii moderni Scriptores.

Contrarium defendunt multi non infimæ notæ, ut eximius P. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 12. num. 21., Diana part. 3. tract. 2. resolut. 32. & 112., & part. 4. tract. 4. resolut. 209., Villalobos tract. 21. difficul. 22. num. 8., Caſſianus Carmelita Excalceatus tom. 4. verb. *Interſtitia* pag. 285. num. 10., Salmaticenſes, qui pariter Carmelitæ ſunt Excalceati Congregationis Hiſpaniæ tom. 2. tract. 8. de Ordine cap. 4. num. 88.

Verum utriuſque opinionis Auctores inter ſe conciliari facile poſſunt. Primi enim Epiſcopis tribuunt facultatem prædictam ſolum vigore Concilii Tridentini, nulloque Regularibus Privilegio exemptionis ab Interſtitiis ſuffragante; alteri vero Epiſcopis illam inficiantur propter Privilegium iiſdem conceſſum de Interſtitiis minime ſervandis. Hinc ad ſupra relatas, aliaſque a Doctoribus paſſim adductas Sacræ Congregationis deciſiones contrarias reſpondent,

dent, eos dumtaxat habere locum, si Tridentinum spectatur Concilium, omnique excluso Privilegio.

Quod autem juxta explicatum sensum sumendi sint prioris opinionis patroni, ostenditur incipiendo a Barbosa Hic quidem Auctor cit. num. 10. asserit, " quod dispensatio hæc Interstitio„ rum pertinet ad Episcopum etiam re„ spectu Religiosorum, cum quibus di„ spensare potest ex caussa sibi per atte„ stationem suorum Superiorum mani„ festa, ita quod nefas sit Præpositis Regu„ laribus in hoc casu dispensare... Quia „ Concilium Tridentinum hanc dispen„ sationem judicio, & arbitrio Episcopi „ semper relinquit". Sed n. 2. statim subdit: " est tamen hic valde observan„ dum, Regulares ex Privilegio concesso „ a Gregorio XIII. Societati Jesu, & ex „ alio concesso a Clemente VIII. die 23. „ Novembris 1596. (quod videri potest „ cap. 2. differt) Congregationi S. Joannis „ Evangelistæ in Portugallia, posse ordi„ nari non servatis Interstitiis, etiam ad „ Ordinem Presbyteratus, etiam absque

„ prævia functione præcedentis Ordinis,
„ imo etiam per *extra Tempora*: quod
„ Privilegium communicatur aliis Re-
„ gularium Ordinibus, non obstan-
„ te prohibitione communicationis per
„ eumdem Gregorium XIII. Ita Fr.
„ Emmanuel quæst. Regul. tom. 2. quæst.
„ 23. art. 5., Hieronymus Rodericus in
„ Compend. quæst. Regul. resolut. 106.
„ num. 20., Marchinus cit. loc. num. 4.
Barbosa igitur num. 10. loquitur attento dumtaxat Concilio Tridentino, asseritque, quod vigore illius Episcopis competit facultas dispensandi Regulares in Interstitiis. Ast num. 11. hoc assertum limitat vigore Privilegii Clementis VIII. Regularibus concessi per communicationem, proindeque sustinet ad Episcopos non spectare dictam dispensandi facultatem, hujusmodi spectato Privilegio.

Porro a sensu Barbosæ neutiquam recedunt Marchinus, Emmanuel, & Rodericus laudati num. 10., siquidem eos ibi laudat, ut suam confirmet opinionem, Episcopis faventem, eosdem vero

ro laudat num. 11. ut sua roboretur opinio Episcopis contraria. Opinio porro Barbosæ num. 10. Episcopis favet præciso, ut vidimus, Privilegio, & attento Tridentini vigore; Episcopis autem num. 2. adversatur propter Privilegium Clementis VIII. aliis Regularibus communicatum. Tres ergo illi Viri ab opinione Barbosæ non recedunt.

Anacletus, loquens de Regularibus Privilegium habentibus suscipiendi Ordines *extra Tempora* tribus Dominicis, vel festivis interpolatis diebus sic ait num. 157. „ Quoad hos jam ipsemet „ Papa pro communi bono totius Ec„ clesiæ dispensavit in Interstitiis, sic„ que non indigent ulteriori dispensa„ tione Episcopi, & supra num. 43. in„ quit: ita dispensavit, seu concessit „ Fratribus Minoribus, aliisque Regula„ ribus communicationem Privilegio„ rum habentibus, & num. 51. habet: „ Clemens VIII. die 23. Novembris „ 1596. concessit Congregationi Sancti „ Joannis Evangelistæ in Portugallia, „ ut possint ordinari *extra Tempora* ...

„ etiam

„ etiam non servatis Interstitiis ....
„ Porro in hisce, & in aliis hujusmo-
„ di Privilegiis communicare Ordinem
„ Fratrum Minorum ....." nec non alios Regulares ob respectivas communicationis Privilegiorum Bullas suo loco relatas. Cum igitur cit. num. 158. asserit Anacletus, quod „ facultas dispen-
„ sandi in Interstitiis respectu Religio-
„ sorum non pertinet ad horum Supe-
„ riores, seu Prælatos Regulares, sed ad
„ Episcopum " loquitur dumtaxat juxta Tridentini Concilii vigorem, & Privilegio saltem per communicationem minime existente.

Neque aliter intelligendus est Laurentius de Portel, ait quidem, quod hujusmodi dispensatio sit ab Episcopo etiam Regularibus impendenda, sed Privilegium fortasse non habentibus saltem per communicationem: quandoquidem statim subdit cit. num. *Videant vero Regulares an communicent Privilegio Clementis VIII.*, prædictæ scilicet Congregationis Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia concesso.

Ma-

Majus negotium facessere videtur Eminentissimus Lambertinus, qui hac de re sic scribit. *cit. Instit.* " Avendo i
" Regolari a petizione de' loro Superiori
" ri facilmente dispensati dalla Legge
" degl' Interstizj, la qual dispensa è a
" noi riservata, come ampiamente di-
" mostra il Marchino de *Sacram. Ordi-*
" *nis* part. 7. cap. 2. e seguenti, e con-
" forme si deduce dalla Sacra Congre-
" gazione in una certa causa d' Acqui
" nell' anno 1589., ove si dice, che può
" il Vescovo conformare la sua coscien-
" za nella dispensa, che dà a' Regolari
" negl' Interstizj a quella de' Superiori
" Regolari, che dando le Dimissorie
" attestano della causa sufficiente per la
" predetta dispensa ". Sed quamvis ipsius sapientissimi Viri auctoritas magni facienda sit, facile tamen ad rem præsentem quod attinet infirmari potest, prius advertendo quæ in dicta Institutione supponere videtur. Primum scilicet, quod Privilegia de *extra Tempora*, & consequenter hæc de Interstitiis, ut num. 2. 3. 4. 5. probare nititur, fuerint

fint a Concilio Tridentino revocata. Alterum, quod hujusmodi Privilegia solis Patribus suppressæ Societatis Jesu post Tridentinum directe concessa fuerint, & quod aliis Regularibus, etiam Privilegia ejusdem Societatis participantibus, suffragari nequeant ex declaratione Gregorii XIII. His itaque suppositis, mirum non est, quod asserat, dispensationem in Interstitiis sibi esse, etiam quoad Regulares reservatam: „ la qual „ dispensa è a Noi riservata, & *In-* „ *stit* 68. *n.* 1. Sappiamo, che il dis- „ pensare dagl' Interstizj non appartie- „ ne a' Generali, o Provinciali, ma „ al Vescovo ordinante." Id enim asserit in hypothesi, quod nullum Interstitiorum Privilegium certis Regularibus directe, ceteris deinde per communicationem concessum reperiatur. Verum cum penitus falsa sit hæc hypothesis, ut liquet ex dictis cap. 1., ubi alios præter Patres Societatis Jesu retulimus Regularium Ordines, quibus hujusmodi Privilegia directe concessa sunt (& quidem absque prohibitione extensionis ad

re-

reliquos Regularium Ordines), imo quod caput est, cum ipsemet ejusdem hypothesis falsitatem noverit, quatenus expresse fatetur *cit. loc.* de Synodo Dioecesana, post editas Institutiones elucubrata, typisque vulgata, hujusmodi Privilegia fuisse nonnullis Regularium Ordinibus indulta, inquiens: *Sedes Apostolica post Tridentinum nonnullis Regularium Ordinum institutis Privilegium concessit exemptionis ab Interstitiis;* propterea contrarium ibi sentit, videlicet ad Episcopos nequaquam spectare, dispensationem in Interstitiis quoad Regulares hujusmodi Privilegium habentes, adducitque Sacram Congregationem Concilii sic declarasse die 24. Augusti 1686. adversus Episcopum Midensem, qui sibi eam competere autumabat. Imo ibidem opinatur, id asserente Lucio Ferraris in *Supplem.* verbo *Regulares n.* 43. eamdem pertinere ad Prælatos Regulares. Sed hac de re *cap. seq.*

Marchinus autem, qui, ut ait Lambertinus, ample demonstrat, Episcopis adscribendam fore dictam dispensatio-

nem

nem quoad Regulares, accipiendus est juxta dicta, nullo scilicet suffragante Privilegio. Ceterum vigore laudati privilegii Clementis VIII., quod ipsemet refert *part.* 7. *cap.* 7. *num.* 3. teste Barbosa *loc. cit. alleg.* 17. *num.* 7., quodve aliis Regularibus communicari posse defendit, eodem Barbosa teste, *alleg.* 18. *n.* 15. haud obscure tuetur oppositum.

Nec Lambertino favet laudata Sacra Congregatio in *Aquen.*, loquitur enim de vigore Tridentini Concilii, nulloque extante Privilegio. Hoc enim posito, nulla Episcopi gaudent facultate dispensandi Regulares ab Interstitiis, quemadmodum, eodem favente Lambertino, alia posterior Sacra Congregatio in *Miden.* declaravit.

Neque tandem eidem suffragari potest quod ajebat: " avendo i Regolari " a petizione de' loro Superiori facil- " mente dispensati dalla Legge degl' In- " terstizj ": dispensationem enim ab Interstitiis postulabant Regulares necessitate compulsi, quia scilicet noverant, se in dicta institutione rotunde edixisse

sibi

sibi eam esse reservatam, " la quale dis-
" pensa è a Noi riservata ": unde si votorum suorum compotes fieri volebant, opus erat illi morem gerere. Ceterum eos non latebat hujusmodi dispensationem, nihil operari, neque posse cum Privilegio, quo donati erant, ullo modo conciliari.

Nam juxta omnes Auctores, præsertim perdoctum, & eruditum P. Berti *tom.* 2. *lib.* 20. *cap.* 21. *pag.* 222. dispensatio differt a Privilegio, quod Privilegium, si caussa perseveret, nec irritum reddatur, perpetuum est. Dispensatio vero certo tempore definitur, estque juris relaxatio, lege in suo robore permanente, vel juxta Antoin. *tract.* de legibus *cap.* 9. *quæst.* 1. Privilegium est facultas constans, ac permanens a Superiore concessa agendi, vel non præstandi aliquid contra, vel præter legem. Hinc differt a dispensatione, quæ solum est ad actum, vel casum particularem, nec est permanens, sed transiens, & semper est relaxatio legis. Hisce porro constat proprietatibus Privilegium Inter-

terstitiorum. Est enim facultas perpetua, constans, ac permanens a Summis Pontificibus concessa agendi contra Legem Tridentinam, non servandi scilicet temporum Interstitia ab eadem prescripta. Episcopi vero dispensatio contrarias habet proprietates. Spectat enim casum particularem: permanens non est, sed transiens: Legem insuper Tridentinam, quam in suo supponit robore permanere, relaxat. Si igitur Privilegium constanter, & perpetuo dispensat Regulares a Tridentina Lege præcipiente Interstitia servanda, quorsum pertransiens Episcopi dispensatio exigitur?

Privilegium porro debet aliquod speciale beneficium conferre personæ, cui concessum est; est enim quædam Principis indulgentia. Privilegium, inquit Anacletus *tit.* 3. de Rescriptis *pag.* 127. *num.* 17., est lex privata aliquid speciale indulgens. C. *privileg. distin.* 3. Abbate 25. §. Contra *de verb. signif.* & Glossa ait: indulgentia semper debet aliquid conferre, alias delusoria esset indulgentia Principis. Ve-

Verum quid ſpeciale indulgeret Interſtitiorum Privilegium Regularibus eodem gaudentibus? Quid hujuſmodi indulgentia Principis conferet, ſique Epiſcopi requireretur ab iiſdem diſpenſatio? Nonne effectu proprio vacuum remaneret Privilegium? Nonne deluſoria foret Principis indulgentia? Ut Privilegium igitur ſuum ſortiatur effectum, aut ridicula non ſit Principis indulgentia, cuncludatur oportet, nullam ab Interſtitiis diſpenſandi facultatem Epiſcopis competere quoad Regulares Privilegium exemptionis ab illis habentes.

CAPUT IV.

Prælatis Regularibus minime competit facultas diſpenſandi ab Interſtitiis ſuos Subditos Regulares.

QUamquam ex proxime dictis liquido colligi poſſit, Prælatos Regulares nulla gaudere facultate ſuos Subditos eximendi ab Interſtitiorum lege; ecquod adducta *cap. anteced.* adverſus Epi-

ſcopos rationum momenta æque evincant adverſus Prælatos Regulares, nihilominus, quia laudati Auctores, nempe Sanchez, Diana, Suarez, Villalobos, Caſſianus, Salmaticenſes, nec non alii facultatem iſtam, quam Epiſcopis inficiantur, Regularibus concedunt Prælatis, innixi, ut ajunt, Privilegiis per Apoſtolicam Sedem conceſſis nonnullis Regularium Ordinibus, idcirco alia momenta iſtorum Auctorum opinionem labefactantia, proferenda ſunt in medium.

A laudatis Auctoribus primo foret ſciſcitandum, quibuſnam in Literis Apoſtolicis indultum reperiatur Privilegium, cujus vigore Superiores Regulares valeant Subditis ſuis diſpenſationem ab interſtitiis impertiri? Neque enim ſatis eſt illud adſtruere; ſed aliquo authentico documento probetur oportet, quod quoniam, ut ſcio, minime promunt, libera mihi facultas nullam ipſis præſtandi fidem relinquitur.

Quinimo ſi Summorum Pontificum Bullas, aut Brevia, in quibus conceditur Privilegium ſuſcipiendi Ordines, Inter-

ter-

terſtitiis non ſervatis, velimus conſulere, nullibi comperire poterimus facultatem prædictam Superioribus Regularibus conceſſam, ſed ſolummodo reperiemus iiſdem concedi facultatem impertiendi licentiam Subditis ſuis Regularibus, ut Privilegio uti poſſint. Sic expreſſe legimus in Brevi Gregorii XIII. *Pium & utile*, pro Patribus olim Societatis Jeſu emanato die 1. Septembris 1582." Qui licentiam a Præpoſito Ge-
„ nerali dictæ Societatis pro tempore
„ exiſtente, vel ab eo delegatis habue-
„ rint... abſque functione in Ordinibus
„ ipſis, Interſtitiorumque ad illos ſu-
„ ſcipiendos obſervatione &c." Idem habetur in Conſtitutione Gregorii XIV. *Illius qui pro Gregis* pro Clericis Regularibus Miniſtrantibus Infirmis lata die 1. Octobris 1591. §. 18." Ad ſacros e-
„ tiam Presbyteratus Ordines promove-
„ ri de licentia tamen Præfecti, ſeu al-
„ terius eorum Superioris ſecundum eo-
„ rum Conſtitutiones." In Conſtitutionibus autem, ſeu Bullis Sixti IV. pro Prædicatoribus, Minoribus, & Carme-
 li-

litis cap. I. Differt. relatis, solum reperitur facultas Superioribus Regularibus indulta præsentandi Episcopis suos Subditos ordinandos." Quia bonos, & idoneos, ac probatos Fratres facitis ad " Ordines promoveri... Liceat vobis " Ordinandos Fratres vestri Ordinis.... " catholicis Pontificibus præsentare &c." In aliis vero Literis Apostolicis hoc in opuscolo adductis, aut sola hujusmodi licentia, seu facultas conceditur, aut ne de hac quidem fit mentio, sed Regularibus dumtaxat tribuitur facultas suscipiendi Ordines sacros Interstitiis minime servatis. Jam vero quis nesciat prædictam licentiam, seu facultatem specie differre a dispensatione? Hæc enim, cum sit vulnus legis, hanc in suo robore permanere supponit. Illa vero legem existere non patitur, utpote sublatam a Privilegio. Possunt igitur Prælati Regulares Subditis suis licentiam concedere, ut Interstitiis non servatis sacros Ordines recipiant, nequaquam vero ab illis dispensationem impendere.

Hactenus dicta, quamvis mihi vera

esse

esse videantur, moderni tamen non desunt Auctores contrarium tuentes vigore decisionis laudatæ Sacræ Congregationis Concilii in *Miden*. Cum enim Episcopus Midensis, inquiunt ipsi, in sua synodali Constitutione octava decrevisset non ad Prælatos Regulares, sed ad se spectare præfatam dispensationem, eadem Sacra Congregatio, ad quam pro hujusmodi re definienda scriptum fuit a Prælatis iisdem, rescripsit, hanc Constitutionem reformari debere, quoad Regulares Privilegium habentes Interstitiorum post Tridentinum: ideft, rescripsit spectare ad Prælatos Regulares hujusmodi dispensationem. Sic opinatur P. Lucius Ferraris in *Supplemento* verb. *Regulares* num. 43., Benedictus XIV. de Synodo Diœcesana lib. 7. cap. 42. num. 6. editionis Romanæ, de anno 1748., cujus verba, ut idem Lucius ibi refert, rescribo. " Prælati Regulares Privilegium post Concilium Tridentinum „ habentes possunt suos Subditos ab Interstitiorum Lege ad Ordines suscipien„ dos dispensare.

 Ve-

Verum illa Benedicti verba a Lucio Ferraris relata eo loci non leguntur, sed in Indice rerum operis *litera* R. verb. *Regulares*. Porro non constat, num hujusce Indicis Auctor fuerit Benedictus, vel alius; quemadmodum ipsius Benedicti institutionum Indicis Auctorem fuisse comperio Joannem Dominicum Gianpedi, ut patet ex hujus Epistola, quæ post Institutiones tom. 4. legitur. Quocirca, quod Benedicti sint verba illa, concludi certo non potest: adeoque tanta fides iisdem præstanda non est, ut dici possit, Benedictum reipsa sentire, quod vi præfatæ decisionis possint Prælati Regulares Privilegium post Tridentinum habentes suos Subditos ab Interstitiorum lege dispensare.

Attamen, quia in Indice ejusdem Operis Auctioris 1755. Romæ editi hæc alia leguntur *litera* E verb. *Episcopus*. „ Facultas aliquem ex justa caussa ab „ Interstitiorum Lege eximendi an com„ petat soli Episcopo Ordines collatu„ ro; “ ex quibus haud obscure colligi videtur, Benedictum sentire, quod vi

lau-

laudatæ Sacræ Congregationis rescripti ad Prælatum Regularem spectat facu tas ab Interstitiis eximendi, idcirco utr usque operis Indicem ab ipso Bened cto elaboratum admittere non renuo: nihilotamen secius, mea quidem sententia inficias eo, quod ex illo colligit, ac tuetur. Cur enim Constitutionem Midensem esse reformandam rescripsit Sacra Congregatio, ac per consequens facultatem eximendi Regulares ab Interstitiis Episcopo Midensi neutiquam competere vigore hujus Rescripti satis declaravit? *Quia Sedes Apostolica*, inquit Benedictus cit. loco, *nonnullis Regularium Ordinum Institutis Privilegium concessit exemptionis ab Interstitiis*. Jam vero ex hac ratione evidenter colligitur, Prælatos Regulares simili non gaudere facultate. Quandoquidem hoc ipsum exemptionis ab Interstitiis Privilegium in suum plenum prodit effectum, idest formaliter, ut ajunt, eximit ab Interstitiorum Lege, quin alia opus sit, eximendi ab eadem Lege, facultate. Pro qua re advertas velim, quod Privile-

 gium

gium *exemptionis* ab Interstitiis differt natura a Privilegio ab illis eximendi. Primum quippe primario afficit eos, qui ad Ordines promovendi sunt, quia illis per se primo concessum censetur. Alterum vero Prælatos Regulares directe afficit, quatenus ipsis facultatem facit suos ordinandos Subditos ab Interstitiis eximendi, cum iisdem placuerit; quod Privilegio Episcopis a Tridentino concesso æquiparatur. Omnia porro similia Privilegia hactenus indulta, sunt prioris generis; ita quod ad genus posterius reduci non valeant, ut omnes ipsorum concessiones in toto hoc Opusculo relatas percurrenti patere potest. Nunc ad rem, &c. Privilegio exemptionis ab Interstitiis a Sede Apostolica nonnullis Regularium Ordinum Institutis concesso, colligit eruditissimus Benedictus, Prælatos Regulares habere facultatem eximendi Subditos suos ab Interstitiorum Lege. Atqui hoc repugnare videtur. Subjectum enim, ut dicitur terminativum Privilegii exemptionis ab Interstitiis, non sunt Prælati Regulares, sed ipso-

ipſorum Subditi ad Ordines promovendi. Subditis ſiquidem immediate conceſſum intelligitur Privilegium exemptionis, quia eos actu, & permanenter exemptos ab Interſtitiorum Lege denominat, atque declarat. Aliter non appellaretur Privilegium *exemptionis*. Unde concludatur oportet, quod ex hoc Privilegio colligi non poteſt in Prælatis Regularibus facultas ſuos eximendi ſubditos ab Interſtitiorum Lege. Sed ad hanc colligendam omnino requiritur aliquod Privilegium *eximendi*, Privilegium ſcilicet, facultatem concedens eximendi ab Interſtitiis: quod, ut ſcio, non reperitur conceſſum. Inficiandum tamen haud eſt, non poſſe Subditos Regulares uti Privilegio laudato, niſi ſuorum Prælatorum licentia obtineatur.

Quæ, cum ita ſint, Prælatos Regulares, quos ob multos titulos colo, hortari non deſino, ut in Dimiſſoriis ab hujuſmodi exemptionibus concedendis prorſus abſtineant, propterea quod nullius valoris ab Epiſcopis cenſeantur, ſolumque deſerviant ad invidiam iiſdem pro-

procreandam, & quod caput est, in causa quandoque sint, cur ipsi nedum contrahant nares dum eas legunt, sed etiam Ordinationem administrare recusent. Quamobrem Regulares Episcoporum humanitati potius, quam Privilegio confisi eos rogare non dedignentur, ut suos Subditos ad Ordines velint promovere. Neque enim minus hoc in negotio, quam in alio de *extra Tempora*, servandum est documentum a Synodo Lateranensi sub Leone X. celebrata ipsis inculcatum, ac relatum a Benedicto XIV. in Constit. *Impositi Nobis* §. 13., nempe *eosdem insuper Fratres in virtute sanctæ obedientiæ, ut eosdem Episcopos loco sanctorum Apostolorum subrogatos pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia congruo honore, & congruenti observantia venerentur*. Quod si servaverint, certissime poterunt sibi polliceri, Episcopos servaturos alterum ibidem traditum, ut sequitur. *Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolo prosequentes*

tes charitative tractent, ac benigne foveant: seque illis minime difficiles, aut duros, vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis, tamquam in Agro Dominico Cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate suscipiant; eorumque jura omni cum charitate custodiant, atque defendant, adeoque se votorum suorum compotes facturos, non dubitabunt Regulares.

Ut autem Episcopi in re, qua de agitur, faciles sint, & liberales, advertendum esse puto, quod a Superioribus Regularibus semel rogati, his acquiescere tuto possunt, Ordinesque eorum Subditis conferre, quin ab iisdem, an adsit, vel non causa utilitatis, aut necessitatis suarum Ecclesiarum exquirant. Primo: quia caussa ista communiter adesse censetur: *Regulares enim Sacerdotibus indigent magis, & minus pro servitio Conventuum*, idest *Ecclesiarum*, inquit Gaudentius de *Visitat.* cap. 4. dub. 10. pag. 373. num. 27. Secundo: tametsi ali-

aliquando desit, non refert, eo quod stante Privilegio, absolute non requiratur, quia hujusmodi caussæ circumscriptum non est Privilegium, sed independenter ab ea reperitur concessum, ut ex omnibus relatis ipsius concessionibus aperte liquet. Principis enim beneficium, ut est Privilegium, late interpretandum est, adeoque ad illam restringi non debet. Tertio: Regulares Privilegium sive directe, sive per communicationem habentes suscipiendi Ordines *extra Tempora* tribus Dominicis continuis, vel festivis interpolatis diebus, dispensati sunt ab Interstitiis, non ob caussam prædictam, sed, ut inquit Anacletus tom. 1. lib. 1. Decretal. tit. 11. de Temporibus Ordinationum num. 157., ob bonum commune totius Ecclesiæ. Hoc porro prævalet bono prædictæ caussæ, ac permanenter existit. Quarto tandem: Privilegium, quo de agimus, vim habet ab Interstitiorum Lege eximendi. Igitur etiam a caussa contenta in eadem Lege. Repugnat enim, quempiam esse ab aliqua Lege exemptum,

ac

ac ſimul eſſe alicui rei, vel conditioni in eadem Lege præſcriptæ, ſubjectum.

Si dixeris, hæc adverſari tum Decretis Sacræ Congregationis relatis cap. 2., quæ dictam cauſſam neceſſario requiri aperte ſupponunt: tum huic ejuſdem capitis titulo, *ſi quod judicium ferendum eſt de cauſſa utilitatis, aut neceſſitatis Eccleſiæ* &c. Qui hujuſce cauſæ neceſſitatem non minus aperte inuit, advertere debes, quod tum titulus, tum decreta a Privilegio præſcindunt, proindeque cauſſam ſupponunt. Nos vero Privilegium ſupponimus, & hujus vigore cauſſam neceſſario requiri inficiamur, quod illis neutiquam adverſatur.



DE

DE ORDINATIONIBUS REGULARIUM

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium IMpoſiti nobis, licet immerentibus, Apoſtolici Miniſterii ratio poſtulat, ut ad tuendum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ vigorem, non modo novas interdum Leges provide conſtituamus, verum etiam veteres a Prædeceſſoribus noſtris ſapienter ſtatutas, ſiquidem fallacium rationum præſidio debitis fraudentur effectibus, novis, & inviolabilibus ſanctionibus communiamus, ſi vero earum claritas pravis, & captioſis interpretationibus involvi, & obumbrari dignoſcatur, eaſdem perſpicuis, apertiſque declarationibus in propria luce collocemus.

§. I.

§. I. Sane, quæ olim de Ordinationibus Regularium controversia viguit, an scilicet Regulares a quocumque catholico Antistite indistincte ordinari possent, an vero id juris privative pertineret ad Episcopum illius Diœcesis, intra quam sita est religiosa domus, quam Regularis ad Ordines promovendus inhabitat, providis Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & declarationibus jamdudum sublata fuit. In qua quidem controversia Episcopi locorum ordinarii jura sua fundantes in generalibus Canonum statutis, & in ipsis exemptionum Privilegiis, quæ Regularibus indulta sunt, ajebant, ipsorum Ordinationes utpote Diœcesanis Episcopis expresse reservatas, neque spectare posse ad Ordinarios eorum originis, quam Regulares a se abdicant, dum sæculo nuntium remittunt; neque porro ad

Vetus controversia de Ordinatione Regular.

Rationes pro Episcopis Diœcesanis.

Ordi-

Ordinarios beneficii, quoniam ipsi ad titulum beneficii non promoventur. Proindeque unice spectare ad Episcopos Ordinarios eorum domicilii, nimirum illius Diœcesis, ac loci, in quo ipsi Ordinandi commorantur. Contra vero Regulares Apostolicis Privilegiis innixi, quæ certis Ordinibus recentius elargita, ac deinceps per viam communicationis ad omnes extensa fuerant, licitum sibi esse contendebant sacros Ordines a quocumque catholico Antistite, juxta eorum Privilegiorum tenorem, pro arbitrio suscipere.

Item pro Regular.

Privilegia Regular. a Gregor. XIII. reducta ad terminos juris.

§. II. Verum, quum felicis recordationis Prædecessor noster Gregorius Papa XIII. per suam Apostolicam Constitutionem, quæ incipit *In tanta rerum*, datam apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1573. Kalendis Martii, justis, gravibusque de caussis, alteram Constitu-

tu-

tutionem sui, nostrique pariter Prædecessoris S. Pii Papæ V., cujus initium est, *Etsi Mendicantium* ad juris communis, & sacri Concilii Tridentini terminos reduxisset; eodem quoque anno in caussa Monachorum Ordinis Charthusiani decretum edidit, quo ipsos ab Episcopis Diœcesum, in quibus eorum Monasteria respective sita sunt, vel nonnisi de istorum licentia, ab aliis quibusque Episcopis ordinandos esse declaravit: quemadmodum legitur lib. 1. Decretorum Congregationis Concilii pag. 75. a terg. dub. *An nostri Ordinandi obligentur habere expressam licentiam Ordinarii, in cujus Diœcesi sunt pro Ordinibus conferendis ab Episcopo alterius Diœcesis: Sanctissimus Dominus noster etiam ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, declaravit obligari.*

Decretum ejusdem de Ordinationibus.

§. III. Contigit autem, sub illius Successore Sixto Papa V. eam-

Quod a Sixto V. confirmatur, & declaratur.

dem quaestionem retractari, instante universo Ordine Prædicatorum, qua de re idem Prædecessor, post maturum caussæ totius examen in præfata Congregatione Concilii habitum, constituit licere Superioribus Regularibus Literas dimissoriales concedere suis respectivis Subditis ad Ordines suscipiendos, sed eas tamen Diœcesano dumtaxat Episcopo directas, nec alteri umquam, nisi cum forte is a Diœcesi abfuerit, aut quatenus in Diœcesi extiterit Clericorum tamen Ordinationem non sit habiturus. Ita relatum habetur lib. IV. prædictorum Decretorum pag. 108. Sanctissimus Dominus Noster Sixtus V. *ex sententia Congregationis respondit. Regulares posse concedere Dimissorias ad Episcopum Diœcesanum, eoque absente, vel etiam præsente, & Ordinationem non habente, ad quemcumque, dummodo ab eo Episco-*

po,

po, cui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.

§. IV. Demum a S. M. Prædecessore quoque Nostro Clem. PP. VIII. ad hujusmodi controversias perpetuo extinguendas sequens Decretum editum fuit: *De mandato SS. D. N. Clementis Divina providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur; cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo Subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit, etsi Diœcesanus ab-*

Tum etiam latius a Clemente VIII.

fuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diæcesanus vel absuturus, vel nullas esset habiturus Ordinationes. Verum, cum a Superioribus Regularibus Episcopo Diæcesano absente, vel Ordinationes non habente, Literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi caussam absentiæ Diæcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ. & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15. *mensis Martii* 1596.

§. V.

§. V. Hoc emanato Pontificio Decreto, eoque tam claris verbis concepto, jure sperandum videbatur hujus generis lites non amplius auditum iri. Sed contra accidit, dum ex una parte nonnulli Episcopi ultra Montes constituti contendere cœperunt, necessarias esse Regularibus Dimissorias etiam Ordinariorum eorum originis, quo possent ab Episcopis aliorum locorum ad sacros Ordines promoveri; ex altera vero Regulares ostendentes in præfato Clementis VIII. Decreto derogatum non fuisse Apostolicis Privilegiis, quæ eorum Ordinibus sive directe, sive per communicationem indulta fuerant, ut scilicet a quocumque catholico Antistite ordinari possent, hujusmodi Decreti vim, & observantiam declinare se posse putarunt. Controversiæ utrinque renovantur.

§. VI. Verum quod attinet ad Episcopos; ipsa Congregatio Dimissoriæ Ordinariorum

 Con-

originis a Regularibus non requirendæ.

Concilii, die 28. Februarii anni 1654., ut notatum reperitur lib. XIX. ipsius Decretorum pag. 316. ita rescripsit: *Regulares volentes se promovere ad Ordines non teneri ostendere Dimissorias Ordinariorum propriæ originis, sed sufficere, ut observent formam præscriptam in Decreto san. mem. Clementis VIII.*, quod etiam amplissime confirmatum fuit in alio Decreto edito die 17. Martii 1674. Decretorum lib. 28. pag. 262., & sequentibus.

De Privilegiis Regularium judicium habitum sub Innocent. XIII

§. VII. Quod vero spectat ad Regulares; quum eorum præsumptum jus una cum rationibus ab ipsis plenissime deductis in quadam Congregatione particulari nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a felicis recordationis Prædecessore nostro Innocentio Papa XIII, deputata, cui Nos in minoribus tunc existentes nostram qualemcumque operam pro demandato

No-

Nobis Secretarii munere contulimus, diligenter expensum, & examinatum fuisset; cumque ad hujusmodi quæstionem definiendam, id potissimum visum esset in jure statuendum; an ad effectum eximendi Regulares a præfati Decreti Clementini observantia sufficeret, quod Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque ipsis concessa fuissent post Concilium Tridentinum, a quo hujusmodi antiqua Privilegia abrogata fuisse satis constat; an vero oporteret eadem concessa fuisse post ipsum Clementis Prædecessoris Decretum; ac præterea an hujusmodi Privilegia æque suffragarentur iis, ad quos per viam communicationis extensa dicerentur, ac iis, quibus directe, & expresse indulta fuerunt? Idem Innocentius Prædecessor, audito præfatæ Congregationis particularis consilio, decrevit satis esse ad supradictum effectum,

Quæstionis nodus.

Ab eodem Innocentio solvitur.

quod hujusmodi Privilegia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, quamvis præfato Clementino Decreto posteriora non sint; dummodo tamen directe concessa fuisse constet, non vero in communicatione Privilegiorum de uno in alium Ordinem derivata asserantur; quemadmodum ipse Innocentius in suis Apostolicis Literis, incipientibus *Apostolici Ministerii* die 30. Maii 1723. datis, ac deinde confirmatis a sanctæ memoriæ Prædecessore pariter nostro Benedicto Papa XIII. per alias similes literas datas die 23. Septembris 1724., quarum initium est *In supremo*, aperte declaravit his verbis: *Quoties ergo Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum a piæ memoriæ Clemente VIII. Prædecessore etiam nostro confirmatum die* 15.

Particula ipsius Literarum.

Mar-

Martii 1596., quo sancitur, ad Episcopum Diœcesanum Literas dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu, quo Diœcesanus a Diœcesi abesset, vel Ordinationes non esset habiturus; quo etiam casu in Literis dimissoriis, ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi Diœcesani absentia, vel de illa alia caussa, videlicet, quod Ordinationes non sit habiturus, exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale Privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo indulto nihil per præsens innovare intendimus.

§. VIII. Porro si aliqui vigilias, laboresque suos non tam in extricandis inutilibus quæstionibus, vel forte in rebus profa- nis,

Transgressores ex legum ignorantia

& prava interpretatione.

nis, & ab Ecclesiastica professione alienis addiscendis consumerent, quam in studio sacrarum Legum, quibus Ecclesiastica Disciplina continetur, utiliter collocarent: ac nisi aliquibus arbitrium pro Lege, præjudicata opinio pro ratione, atque in Legum etiam clarissimarum interpretatione, suus cuique sensus pro auctoritate esset; nec olim Nobis in nostro Bononiensi Archiepiscopatu residentibus, contigisset, ut Regularis quidam ex ea urbe repente digressus, suique Superioris Dimissorias, ad Episcopum finitimum deferens, tametsi nullo pacto docere posset, Nos Clericorum Ordinationem non habituros, sacrum Presbyteratus Ordinem susciperet, nullaque interjecta mora Bononiam ad primum Sacrificium, non sine pompa offerendum reverteretur: quam tamen intolerandam audaciam Nos ad Canonicarum Sanctio-

num

num rigorem exigere, atque etiam servata Pastorali mansuetudine vindicare non prætermisimus, ut videre est in Monito Pastorali a Nobis tunc edito, *inter impress. Monit.* 3. *lib.* 11. Neque rursus ex quo ad universalis Ecclesiæ regimen, Deo sic disponente, assumpti fuimus, plurium Episcoporum Fratrum Nostrorum querelæ ad Apostolatum Nostrum delatæ fuissent; qui nimirum non sine magno animi Nostri dolore, apud Nos expostulare non desinunt, a pluribus sæpe Regularibus in eorum Diœcesibus respective commorantibus similia perpetrari, in spretum Ecclesiasticarum Legum, atque pœnalium sanctionum, quibus ipso facto adstringuntur; (siquidem in authographo supra relati Clementini Decreti distincte legitur, *incurrant*; non autem quod falso non nemo asseruit, *incurrent*) dum scilicet Superiores

Re-

Poenæ, quas Inobedientes incurrunt.

Regulares, qui Subditis suis non ad præscriptum ejusdem Decreti dimissorias Literas concedunt, suorum officiorum, ac dignitatum, & vocis activæ, atque passivæ amissione mulctantur; ordinati vero suspensionis pœnam, atque etiam, si in suscepto Ordine ministraverint, irregularitatem incurrunt; ac denique Antistites, qui ipsis manus imponunt, non facile effugiunt canonicas pœnas adversus eos propositas, qui alienos Subditos absque sufficientibus Dimissoriis ordinare præsumunt. Qui etiam plerumque culpa non vacant in eo, quod, quum ex usu rerum intelligere possint, complures Regulares, non alia de caussa, proprio domicilio relicto, iter arripere, quam ut se subducant examini Episcopi Diœcesani, cujus hac in re jurisdictionem, aut nimium rigorem perhorrescunt, aliumque inveniant, qui vel nullo (vel admo-

modum levi præmisso examine, Ordines ipsis impertiatur: quoties hujusmodi facilitate erga illos utuntur, toties adversus consultissima Tridentinæ Synodi Decreta delinquunt; ea siquidem sess. 23. cap. 12. *de Reform.* sic statuit: *Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur; privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis.*

§. IX. Nos autem consueta Sedis Apostolicæ clementia uti volentes, libenter abstinemus a designandis, aut nominandis hoc loco Regularibus, de quorum excessibus in hoc rerum genere graves Episcoporum querimoniæ ad Nos delatæ fuerunt. Quæcumque etiam hac in re inordinate ad hunc diem admissa sunt a districtioris judicii inquisitione liberamus; quinimo omnes, & singulos in hoc delinquentes, sive Superiores Regulares, sive Regu-

Pontifex absolvit transgress. quoad præterita.

lares ad Ordines promotos, sive Antistites, qui eos ordinaverint, a quibuscumque sententiis, censuris, & poenis Ecclesiasticis, quas hac de caussa respective ante hac incurrerint, quibusque innodati forsan existant, auctoritatis Nostræ plenitudine, ac de Apostolica dignitate, tenore præsentium absolvimus, & absolutos esse censeri decernimus, & cum iisdem super quacumque irregularitate per eos forsan, caussa, & occasione præmissis, quomodolibet contracta, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, eorumque exercitium, atque ad omnia, & singula eorum respective Religionum munera, pari auctoritatis plenitudine dispensamus. De cetero tamen infrascriptas Leges in posterum omnino observandas, Motu proprio, & ex certa scientia Nostra, ac matura deliberatione præmissa, edicimus, atque statuimus.

§. X.

§. X. Quæcumque nimirum hac in re a præfatis Prædecessoribus Nostris Gregorio XIII., Sixto V., Clemente VIII., & Innocentio XIII. in supra citatis ipsorum Literis, seu Decretis statuta, mandata, definita, atque sancita fuerunt, ea omnia, & singula motu, scientia, & potestatis plenitudine præfatis, earumdem præsentium serie confirmamus, roboramus, & innovamus, atque ab omnibus, ad quos spectat, seu quomodocumque in futurum spectabit, inviolabiliter observari præcipimus, & jubemus; Transgressores quoque omnibus pœnis in præmissis contentis; aliisque per Apostolicas Constitutiones, & per sacros Canones latis, atque statutis, cum effectu subjacere, easque ipso facto, & absque aliqua declaratione incurrere decernimus; Superiores nimirum Regulares eas omnes, quas, ut præ-

Confirmat relatas sanctiones sub pœnis ibidem, & in jure statutis.

fer-

fertur, supradictus Clemens VIII. Prædecessor constituit, & sanxit; Regulares autem, qui contra illius decreti præscriptum, promoti fuerint, & Antistites eos promoventes canonicas pœnas, atque censuras, quæ adversus sacram Ordinationem suscipientes ab Episcopo, qui proprius ad hunc effectum dici, & haberi nequit, nec non adversus Episcopos, alienos subditos indebite Ordinantes, in jure Canonico, & in Constitutionibus Apostolicis statutæ habentur.

Mandat in posterum exhiberi documenta super requisitis in Decreto Clementis VIII.

§. XI. Præterea volumus, atque decernimus, ut Superiorum Regularium dimissoriæ, quæ ideo ad alium Antistitem directæ fuerint, propterea quod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, vel Ordinationem non sit habiturus, nullius sint roboris, & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancel-

la-

larii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Diœcesani, ex qua constet, vel ipsum a Diœcesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas Leges ad hunc effectum statuto. Hoc enim expresse declarari opus est ad excludendam nonnullorum arrogantiam, qui cum Privilegio gaudeant suscipiendi Ordines *extra Tempora*, existimarunt, Episcopos ipsorum voluntati adeo addictos esse debere, ut si quandocumque ipsis placuisset ad Ordines promoveri non statim, ipsoque die ab ipsis designato voti compotes fierent, jam dici posset, Ordinationem ab Episcopo non haberi, proindeque alius Episcopus pro suscipiendis Ordinibus adeundus esset. Quod si aliquis Antistes Regularem Virum in sua Diœcesi proprium domicilium non habentem, solis ipsius Superio-

Episcopi non arctantur Privilegiis Regularium de Ordinibus suscipiendis extra Tempora.

ris

ris dimissorialibus Literis contentus sine adjuncta præfata attestatione in forma probante, ad Ordines promovere præsumpserit, decernimus, & declaramus hunc ipso facto incurrere in pœnas canonicas adversus eos constitutas, qui alienum Subditum legitimis Dimissoriis destitutum ordinaverint.

Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque, an, & quibus suffragentur.

§. XII. Quemadmodum vero eorum Ordinum Regularium Privilegia firma, & rata esse volumus, quibus ab Apostolica Sede reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet catholico Antistite ipsius Sedis gratiam, & communionem habente ordinari valeant; dummodo hujusmodi Privilegia post Tridentinum Concilium, & ipsis Ordinibus nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint. Ita porro omnia similia Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante præfatum Concilium Tri-

Tridentinum ab ipsa etiam Apostolica Sede, & sub quibuscumque tenoribus, & formis indulta sint, vel etiam post ipsum Concilium non ipsis directe concessa sed per communicationem ad eos extensa esse dicantur, iisdem auctoritate, & tenore nulla & irrita, omnique vigore, ac robore ad effectum, de quo agitur penitus destituta, & vacua esse volumus, & statuimus: decernentes, hujusmodi Privilegia nequaquam post Concilium Tridentinum indulta censeri, nisi vel post ipsius Concilii confirmationem reipsa fuerint concessa, vel quatenus antea concessa, & posterius confirmata esse asserantur, hujusmodi confirmationes in *forma specifica* cum literali veteris indulti insertione, ejusque expressa innovatione factæ dignoscantur; ac declarantes alterius generis confirmationes, quæ in *forma communi* nuncupantur, ne-

mini ad præmissum effectum ullo pacto suffragari. Quod vero spectat ad eorumdem Privilegiorum usum, & exercitium monendi sunt ii, quibus eadem juxta præmissa pleno jure competere dignoscuntur, ut *non sine justa caussa, nec extra debitas circumstantias pro libito ipsis utantur, minime vero ad ostendendam dumtaxat ipsorum Privilegiorum singularitatem*, quemadmodum aliquibus in more positum esse novimus, qui pridie illius diei, quo ab Episcopo Diœcesano Clericorum Ordinationes publice habendæ sunt, ad alterius Episcopi Diœcesim consulto migrant, moxque suscepto ibidem Ordinationis munere ad pristinum domicilium redeunt, idque se facere ajunt, ut jurium suorum indemnitati consulant, quasi vero Apostolica Privilegia non nisi cum aperto Episcopi Diœcesani contemptu suam vim, & robur habitura forent.

Quid observandum in eorum usu.

§. XIII.

§ XIII. Denique tam Venerabiles Fratres, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, quam dilectos filios omnium Regularium Ordinum Professores, quam maximo possumus Apostolicæ voluntatis studio, per misericordiam Dei nostri, & per charitatem Sancti Spiritus hortamur in Domino, & obtestamur, ut tam in hoc negotio, quam in ceteris omnibus solliciti sint unitatem spiritus, & sinceræ dilectionis concordiam servare. Meminerint Regulares, quo loco Spiritus Sanctus posuerit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quod ipsis a Sacrosancta Œcumenica Lateranensi Synodo sub Leone X. habita inculcatum fuit per hæc verba: *Eosdem insuper Fratres in virtutem sanctæ obedientiæ, ut eosdem Episcopos loco sanctorum Apostolorum subrogatos pro debita, & nostra ac Apostolicæ Sedis reverentia congruo honore, & congruen-*

Adhortatio Pontificis ad sinceram animorum conjunctionem.

gruenti observantia venerentur. Neque oblivifcantur Epifcopi, Regulares Viros ipfis datos effe adjutores in Dominicæ Vineæ cultura; fubdit enim eadem fancta Synodus: *Ipfos quoque Epifcopos hortamur, ac per vifcera mifericordiæ Dei noftri requirimus, ut Fratres ipfos affectu benevolo profequentes charitative tractent, ac benigne foveant &c., & tamquam in agro Dominico Cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate recipiant*. Demum & Epifcopi, & Regulares fimul animum advertant ad id, quod ibidem fubjicitur: *Una eft Regularium & Sæcularium, Prælatorum & Subditorum, exemptorum & non exemptorum univerfalis Ecclefia, extra quam nullus omnino falvatur, eorumque omnium unus Dominus, una fides, & propterea decet eos, qui ejufdem funt corporis, unius etiam effe voluntatis*.

§. XIV.

§. XIV. Hæc profecto christianæ veritatis, & charitatis documenta, cum utrinque servata fuerint, omnibus in rebus, adeoque in hac etiam Ordinationum materia, importunæ partium querelæ penitus conticescent. Neque enim Regulares conqueri poterunt, quod recusantibus Episcopis sacram Ordinationem administrare, præterquam in temporibus ab Ecclesia statutis, eorum Privilegia de Ordinibus *extra Tempora* suscipiendis effectu vacua remaneant; Episcopi enim alios etiam opportunos dies ordinandis Regularibus facile invenient. Episcoporum autem cessabunt querelæ, quod Superiores Regulares ad eludendam Decreti Clementini observantiam, advenientibus Ordinationum temporibus Subditos, suos domicilio moveant, eosdemque statim post susceptos Ordines falsis de caussis ad pristinum Et mutuam deferentiam.

Monasterium reverti jubeant; siquidem Regulares hujusmodi agendi rationem (quam & alias in foro externo graviter vindicatam fuisse, & in posterum districte coercendam fore noverint) tum a probi Viri honestate, & fide alienam: tum etiam debitæ erga sacros Ecclesiarum Antistites observantiæ, contrariam esse ipsi per se facile cognoscent.

Clausulæ præservativæ.

§. XV. Præsentes vero Nostras literas, & in eis statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, preæminentiæ, vel dignitatis existant, sive alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati & auditi, neque caussæ, propter quas eædem præsentes emanaverint, adducta, verificata, & suf-

fi-

ficienter, aut alio modo justificata fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata caussa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine sibi concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes, semper

firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari.

Aliter judicati prohibetur

§. XVI. Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet, quacumque præeminentia, ac potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis plenissime derogatur.

§. XVII. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, & Cancel-

cellariæ Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus privilegiis quoque indultis, exemptionibus, etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis, quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, aliisque quibuslibet specifica, & individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simi-

li,

li, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorumque tenores, formas, caussas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, & amplissime, motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicationi præsentis Constitutionis

§. XVIII. Volumus insuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præsentes,

& in

& in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de his ignorantiam prætendere valeat, ipsas præsentes, seu earum transsumpta, ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, & affigi, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, ad quos spectat, seu spectabit in futurum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

in Urbe tribuitur vis personalis intimationis omnibus factæ.

§. XIX. Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ mu-

Transumptis fidem præstari sancitur.

munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis. §. XX. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, ſtatuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalen. Martii, Pontificatus Noſtri anno VII.

Publicata die 4. Martii 1747.

Sum-

Summarium Constitutionis, *ut jacet in Indice rerum* litera O, Tom. II. *Bullarii Benedicti XIV.*

ORdinationes Regularium an ad Episcopos Diœcesanos privative spectarent olim disputatum fuit §. I. *Sane*.

Gregorius XIII., Sixtus V., & Clemens VIII. spectare decreverunt, nisi Episcopus extra Diœcesim maneat, aut Ordinationes non sit habiturus. Ibidem §. II., III., IV.

Id confirmatur ab Innocentio XIII., exceptis iis Regularibus, quibus Privilegium recipiendi Ordines a quocumque post Concilium Tridentinum specialiter concessum fuerit §. VII.

Id ipsum confirmat Benedictus XIV. sub pœnis contra suscipientes Ordines ab eo, qui non est proprius Episcopus, & contra Ordinantes alienos Subditos sine eorum Ordinarii licentia in jure statutis §. X.

De absentia vero Episcopi a propria Diœcesi, vel quod Ordinationes in tem-

po-

poribus non ſit habiturus, authentica documenta afferri jubet, iiſque deficientibus Dimiſſorias nullas haberi decrevit §. XI.

Privilegia recipiendi Ordines a quocumque, niſi poſt Tridentini Concilii confirmationem, alicui Ordini Regulari nominatim, & directe, non autem in communicatione Privilegiorum conceſſa fuerint, vel ante illud conceſſa, poſtmodum in forma ſpecifica cum inſertione veteris indulti confirmata ſint, nullatenus ſuffragari decernit §. XII.

Privilegia recipiendi Ordines a quocumque, quibus in caſibus, & qua moderatione in uſum deducenda ſint. Ibi.

Privilegia recipiendi Ordines *extra Tempora* Regularibus indulta non arctant Epiſcopos Diœceſanos ad eos ordinandos *extra Tempora*, vel dimittendos ad Ordinationem alibi ſuſcipiendam §. XI.

IN-

INDEX

Capitum, et Paragraphorum.

Pa-

In Lectorum commodum refertur post Appendicem Constitutio Impositi Nobis, *ejusque Summarium.*



IN-

INDEX

CAPITUM APPENDICIS.

Vidit

Die 10. *Septembris* 1779.

JOSEPH MARIA EPISCOPUS MUTINENSIS.

Die 10. *Septembris* 1779.

Vidit

FR. CAROLUS RAFAGLI VICARIUS GENERALIS S. O. MUTINÆ.

Vidit 12. *Septembris* 1779.

JOANNES BAPTISTA ARALDI.

Si ſtampi 13. *Settembre* 1779.

G. RANGONE.

